BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
30 A
35

T.

IIII

19

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
12
30 A
35

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

A. I. X. 9

Digitized by Google

12-30-A-35

L. ANNAEI

SENECAE VTRIVSQVE, ET PHILOSOPHI, ET POETAE SENtentiæ in locos communes digeſtæ,

PER

HVBERTVM SCVTTEPVTÆVM.

In eaſdem Capitum & Rerum Indices.

Ex Leg.° Ill.mi Coccinis

ANTVERPIAE,
Apud GASPAREM BELLERVM.

M. D. C. XIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

12-30-A-35

SVMMÆ PRI-uilegij.

Regiæ Maieſtatis Priuilegio cautum eſt, ne quis alius prçter Bellerum, Vtriuſque L. Annæi Senecæ Sententiarum opus in locos communes digeſtum Huberto Scutteputęo Canonic. Regul. Collectore intra Sexennium imprimat, aut alibi impreſſum in ſuas ditiones importet, venaleue habeat. Qui ſecus faxit, pœna Fiſco exſoluenda mulctabitur: vt latius in Regio diplomate expreſſum eſt. Dat. Bruxellæ 22. Octobris.

Signat.

I. de VVitte.

REVERENDO

IN CHRISTO PATRI

eximiaqúe virtute, ac pietate praſtanti Domino, D. IOANNI HAVTTERIO, *Abbati Vlierbacenſi longè digniſſimo:* HVBERTVS SCVTTEPVTÆVS *Canonicus Regul. in Monaſterio Bathleemitano iuxta Louan.* S. P. D.

VT optimas quaſque moribus, ac honeſtæ vitæ conueniẽtes cõcinnarem Sententias, ex omnibus Lucij Annæi Senecę operibus, non modò Philoſophi grauiſſimi, verumetiam Oratoris minimè infœlicis, quem Tacitus amœniſſimi ingenij fuiſſe ſcribit: cum aliæ cauſæ, tum iſta potiſſimum noſtri operis fontẽ permouit, Pater ampliſſima dignitate, ac omni virtutum genere ornatiſſime, quod permulta doceat, quæ cum Chriſtianæ Religionis, Catholicæque fidei doctrina cõſentiant. Viſus itaque ſum mihi rem facturus, nec inutilem ad pietatem, & ſtudijs adoleſcentiæ conducibilem, ſi omnia memorabilia, ac ſcitu digna:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ea tamen potiſſimum, quæ ad liberales diſciplinas vſui veritatis aptiores cenſerem, ex omnibus huius ſanctiſſimi Philoſophi operibus, non minori ſtudio, quàm labore, ſeligerem. Non quidem eo animo, quod non & alia eius ſcripta, eruditione ac ingenio paria exiſtimaui: ſed quod ſic vtilius me facturum Chriſtianę Philoſophiæ ſtudioſis, & gratius ijs, qui ſibi omnium librorum, præcipuè maiuſculorum voluminum copias haud comparare poſſunt, putaui: ſi eius tantum legendi facerem copiam, quæ mentes noſtras in elegantiarum Senecæ ſententiarum contemplatione rapientes, inexplicabili cùm vtilitate, tùm voluptate afficerent. Videbam enim hoc fore ex maiore profectu ſtudioſorum, ſi tantum (vt dixi) ea traderem, quæ lectu ac ſcitu forent digniſſima: quæque iuuentutem non minus diligenter inſtruerent bonis moribus, quam bonis literis: quibus ornandis, prouehendiſque Philoſophus hic, fatorum prouidentia omnibus ſtudioſis datus videtur. Ex quo ſi fuerint Pij Lectores noſtro labore adiuti, eum tibi præſtantiſſimè vir (quem longiſſimum æuum ingenij & virtutis fama in poſterum promiſit) fructum acceptum referre debebunt:

in

in cuius gratiam, hanc lucubratiunculam prælo ſubmiſi, tuoque ſanctiſſimo nomini inſcripſi, quod te hæc ſtudia ſingulariter & amare, & delectari ſciam. Deus Optimus Maximus R. Paternitatem tuam perpetuò ſeruet incolumem.

(?) 3 VITA

Digitized by Google

VITA LVCII
ANNÆI SENECÆ
ad pium Lectorem, per Hubertū Scutteputæum, compendioſiſſimè deſcripta.

LVcius Annæus Seneca, natione Hiſpanus, patria Cordubenſis, profeſſione verò Stoicus, Sotionis diſcipulus, & Patruus Lucani Poetæ, nō minus vita conſpicuus, quam ſcientia pręclarus extitit. Hic omnem Philoſophiæ fructum in actione conſtituit. Vnde moralem Philoſophiam (ſi lucubrationibus eius credere eſt) tanta diligentia conſcripſit, vt neque aptius, neque ſanctius à quoquā in rem familiarē præcipi, dictariq; potuerit. Quo genere philoſophandi, nihil mihi videri ſolet admirabilius: propterea ꝙ in actione magis, quàm in cognitione repoſitum ſit. Arbitror poſſe me affirmare, ratò adhuc vidiſſe in eo genere quicquam editum, quod diſtinctius mihi & accommodatius Chriſtianæ Reip. ac Philoſophiæ canditatis ſcriptum videatur: atque ex ea quidem doctrina, quam ego maximè (vt dixi) probo: non ſpinoſa & cauilloſa, aut lædorijs referta: ſed plana atque illuſtri, è puris Philoſophorum, Poetarūque fontibus deprompta: atque ideo

his

his infœliciſſimis temporibus magis congrua, quæ & grauitatem maiorem habet in ſeſe, & vtilitatem ad omnes res accommodatiorem. Phraſis autem eſt placidè profluens, non anxiè moroſa. Verba munda, ab omni ſupercilio, inflatiſque buccis aliena: ſententiæ graues, ſenſus apertus, tropùs purus ac verus, cum pietate Chriſtiana, cum bonis ac probis moribus, Eccleſiaſticiſq; etiam ferè vbiq; conueniēs decretis. Mortuus eſt autem inciſione venarū Anno 11. imperij Neronis truculentiſſimæ beſtiæ, biennium (vt beatus in Catalogo illuſtrium virorū teſtatur Hieronymus) antequam Petrus & Paulus martyrio coronarentur Romæ. Conſcripſit verò monumenta non parui momenti ad rectam viūendi rationē poſteris, ex quibus nos ſummo ſtudio ac labore, optimas quaſq; moribus, ac honeſtæ vitæ conuenientes ſelegimus Sententias, ſtudijs adoleſcentiæ plurimum conducibiles. In quibus euoluendis ſi diligenter verſabuntur, & linguam eorum reddēt expolitiorem, & vitam emendatiorem. Cæterum ingenij eius monumenta, quæ ad poſteros tranſmiſit, hæc ſunt.

Ad Ebutium liberalem, eruditiſſimi de beneficentia libri ſeptem.

De ira ad Nouatum libri tres.

De clementia ad Neronẽ libri duo.

De breuitate vitæ ad Paulinum liber vnus.

De conſolatione ad Martiam liber, de quo docti nonnihil addubitant nũ Senecę ſit, ob dictionis diſſonantiam, ſed tamen facundiſſimi ſcriptoris eſt.

De conſolatione ad Albinam matrem liber vnus.

De inſtitutione vitæ ad Lucilium libri 22. Epiſtolæ 124.

De diuina prouidentia ad eundem liber vnus.

De ſtudijs liberalibus liber vnus: quem Eraſmus Roderodamus, vir natura prouidus, inter epiſtolas reiecit, eo quod neminem alium nominet, ad quem ſcribat.

De paupertate liber 1. Hic (meo iudicio) ex omnibus eius lucubrationibus à quodam ſtudioſo eſt concinnatus: quanquã hoc Eraſmus vir emunctæ naris ſubolere non potuerit.

De remedijs fortuitorum ad Gallionem liber vnus. Quanquam de hoc quoque nonnihil ambigo.

Naturalium quæſtionum libri 7.

Declamationum libri decem.

Suaſoriarum & Controuerſiarum libri ſex.

De morte Claudij ludus, nuper repertus.

De

De quatuor virtutibus moralibus liber 1. Hic licet eruditus ſit, non parum tamen à Senecę ſtilo abhorret.

Prouerbiorũ liber vnus, Senecæ falsè hactenus inſcriptus: ſed à quodam ſtudioſo cùm ex Mimi Publiani ſententijs, tum ex ipſius Senecæ hinc inde ſciptis, ſelectus.

Liber de motu terrarũ, quem ſcripſit iuuenis, vt ipſe teſtatur, non extat.

Scripſit etiam Tragœdias decem, in quibus propter ſublimitatem carminis, grauitatemq; ſententiarum, non vulgarem laudem conſecutus eſt. In quibus Pacuuium, Accium, Attilium, & Pomponium ſecundum eſt ſecutus: nec non Euripidem, atque Æſchylũ in ſuis fabulis traditur imitatus, quæ res facilè intelligetur ab ijs, qui paulò diligentius eas obſeruabunt. Sed iam propoſitũ opus aggrediendum eſt. Itaq; bene vale candide Lector, & noſtrã induſtriam, tuo fauore viciſsim adiuua, & hæc nocturna verſare manu, verſare diurna.

Hæc ſuccincta licet, breuibuſque
repoſta, docebunt.
Qui vitam formes inſtituaſque
tuam.

Finis vitæ Senecæ.

LVCAE BELLERI CARMEN AD Lectorem.

Viuet in æternum Senecæ indelebile nomen:
Quem licet atra dies, iam funere merſerit atro
Parte tamen meliore ſui ſuper alta perennis
Sidera fertur ouans: totumq́ illuminat orbem
FRAGMOSINON, *quas ipſe olim gemmantibus hortis*
Legit, & è Sophiæ fecundis fontibus hauſit:
Quas opere excerptas toto, liber iſte profundit.
Cui licet exiguum ſit corpus, at omnia quiſquis
Hic incerta legat, geminaſq́ huc dirigat aures
Illi gaza Midæ ſordeſcet diuitiis: illi
Auricolor Tagus, & rutila Pactôlus arena
Sordeſcent: prædiues Arabi ſordeſcet, & Indus.
Ergo voluptati eſt cui tam pretioſa ſuppellex
Adſit, & hunc paruo qui venditur ære, libellum
Comparet, his opibus paſcens, mentemq́, animumq́.

EPI-

EPISTOLÆ DIVI PAVLI ET SEnecæ.

Seneca Diuo Paulo Salutem.

CRedo tibi, Paule, nunciatum eſſe, quod heri cum Lucilio noſtro de apocryphis alijs rebus ſermonem habuimus. Erant enim quidam diſciplinarum tuarum comites mecum Nam in hortos Saluſtianos ſeceſſeramus, qui in loco occaſione noſtra alio tendentes, his de quibus dixi, viſis nobis adiuncti ſunt. Certè quod tui præſentiam optamus; Et hoc ſcias volo, libello tuo lecto, id eſt, cùm legiſſemus de plurimis aliquas epiſtolas, quas ad aliquam ciuitatem, ſeu caput prouinciç direxiſti, mira exhortatione vitam moralem continentes, vſque refecti ſumus. Quos ſenſus non puto ex te dictos, ſed per te, certè aliquãdo ex te, & per te. Tanta enim maieſtas earum eſt rerum, tantaq; generoſitate clarẽt, vt vix ſuffecturas putem ætates hominum, quibus inſtitui, perficique poſſint. Bene te valere, frater, cupio.

Diuus Paulus Senecæ Salutem.

LIteras tuas hilaris heri accepi, ad quas reſcribere ſtatim potui, ſi præsētiam iuuenis, quem ad te miſſurus erā habuiſſem. Scis enim quando, & per quem, & quo tempore, & cui quid dari, committiq; debeat. Rogo ergo, ne putes neglectum, dum perſonæ qualitatem reſpicio, ſed quod literis meis nos bene acceptos alibi ſcribis, felicem me arbitror tanti viri iudicio. Neque enim hoc diceres cenſor Sophiſta, magiſter tanti principis, etiam omnium, niſi quia verè dicis. Opto te diu bene valere.

Seneca D. Paulo Salutem.

QVędam volumina ordinaui, & diuiſionibus ſuis ſtatim ea dedi. Ea quoque legere Cæſari ſum deſtinatus, & ſi modo ſors proſperè annuerit, vt nouas aures afferat, eris forſitàn & tu præſens. Sin alias, reddam tibi diem, vt inuicem hoc opus inſpiciamus, & poſſimus non ei prius edere hanc ſcripturam, niſi prius tecum conferam, ſi modo impunè hoc fieri potuiſſet, vt ſcires & te non prę teriri. Vale, Paule chariſſime.

D. Paulus Senecæ Salutem.

QVotieſcūque literas tuas audio, præſentiam tuam cogito, nec

aliud exiſtimo, quam omni tempore te nobiſcum eſſe. Cùm primum itaque venire cœperis, inuicem nos & de proximo videbimus. Bene te valere opto.

Seneca Diuo Paulo ſalutem.

NImio tuo angimur ſeceſſu, quid eſt, vel quæ res te remoratum faciunt? Si indignatio Domini, quod à ritu, & ſecta veteri receſſeris, & alios rurſus conuerteris, erit poſtulandi locus, vt ratione factum, non leuitate hoc exiſtimetur.

Paulus Senecæ, & Lucio ſalutem.

DE his quæ mihi ſcripſiſtis, non licet arundine, & atramento eloqui, quantum altera res notat, & deſignat aliquid, altera euidenter oſtendit, præcipuè, cùm ſcientia inter vos eſſe, id eſt, apud nos, & in vobis, qui me intelligunt: honor habendus eſt omnibus. Tantò magis, quantò indignati occaſionem captant, quibus ſi patientiam demus, omni modo eos ex quacunque parte vincemus, ſi modo hi ſunt, quod pœnitentiam ſui gerent. Bene valete.

Anneus Seneca Diuo Paulo & Theophilo Salutem.

PRofiteor, bene me acceptum in lectione literarum tuarum, quas Galatis, Corinthijs, & Achæis miſiſti. Et ita inuicem viuamus, vt etiam cum honore diuino eas exhibeamus. Spiritus enim ſanctus in te, & ſuper te excelſos, ſublimes, & ſatis venerabiles ſenſus exprimit. Vellem itaque, cum res eximias, proferas, vt maieſtati earum cultus ſermonis non deſit. Et ne quid tibi, frater, ſurripiam, aut conſcientiæ meæ debeam, confiteor Auguſtum ſenſibus tuis permotum, cui lecto virtutis in te exordio iſta vox fuit. Mirari eum ſic poſſe loqui, vt qui non legitimè imbutus ſit, taliter ſentiat. Cui ergo reſpondi, ſolere Deos ore innocentium effari, aut eorum, qui præuaricari doctrina quidem ſua poſſunt, & dato ei exemplo Vaticani hominis ruſticuli, cui cum duo viri apparuiſſent in agro reatino, qui poſtea Caſtor & Pollux ſunt cognominati ſatis inſtructus videtur. Vale.

Diuus Paulus Senecæ ſalutem.

LIcet non ignorem Cæſarem noſtrarum rerum admiratorem, ſi

quando deficiet admirator eſſe. Permittes tamen te non lædi, ſed moneri. Puto enim te grauiter feciſſe, quid ei in notitiam proferre voluiſti, quid ritui, & diſciplinę eius ſit contrarium, cùm & ille enim gentium Deos colat. Quid tibi viſum ſit, vt hoc eum ſcire velles, non video, niſi nimio amore meo facere te hoc exiſtimo. Rogo te de futuro, ne id agas. Cauendum eſt enim, ne dum me diligis, offenſam Domini facias. Cuius quidem offenſa, nec oberit, ſi perſeuerauerit, neque ſi non ſit, proderit. Si eſt Regina non indignabitur, ſi mulier eſt, offendetur. Bene vale.

Seneca Diuo Paulo Salutem.

Scio te, non tam mei cauſa, commotum literis, quas ad te de editione epiſtolarum tuarum Cæſari feci, quam natura rerum, quæ ita mentes hominum ab omnibus artibus, & moribus reuocat, vt non hodie admirer. Quippe vt is, qui multis documẽtis hoc iam notiſſimum habeam. Igitur nouè agamus, vt ſi quid facilè in prę teritum iam factum eſt, veniam irrogabis. Miſi tibi librum de verborũ copia. Vale Paule chariſſime.

Diuus Paulus Senecæ Salutem.

QVoties tibi ſcribo,& nomen meum tibi ſubſcribo,grauem & ſectæ meæ incongruam rem facio. Debeo enim, vt ſæpe profeſſus ſum, cum omnibus omnia eſſe,& idem obſeruare in tuam perſonam, quod ex Romana honori Senatus conceſſit, plecta epiſtola, vltimum locum eligere,ne cũ aporia, & dedecore cuipiam efficere, quod mei arbitrij fuerit. Vale deuotiſſime magiſter.

Seneca Diuo Paulo Salutem.

AVe, mi Paule chariſſime. Putas ne me haud contriſtari, & non luctuoſum eſſe, quod de innocentia veſtra ſubinde ſumatur ſupplicium. Dehinc quòd tam durus, tanquã obnoxios vos reatui omnis populus iudicet. Putans à nobis effici, quod in vrbe contrariũ fit. Sed feramus ęquo animo, & vtamur foro, quid ſors conceſſit, donec inuicta fœlicitas finem malis imponat. Tulit & priſcorum ætas Macedonem Philippi filium, & poſt Darium,Dionyſium, noſtra quoque Caium Cæſarem. Quibus quicquid libuit, licuit. Incendium vrbs

Romana manifeſtè ſæpe vnde patia-tur, conſtat. Sed ſi effari te non humilitas humana potuiſſet, quid cauſſæ eſt, & impunè his tenebris loqui licere, iam omnes omnia viderent. Chriſtiani, & Iudæi, quaſi machinatores incendij, ſupplicia affici ſolent. Graſſator iſte quiſquis eſt, cui voluptas carnificina eſt, & mendacium velamentum, tempori ſuo deſtinatus eſt: & optimus quiſque vnum pro multis donatum eſt caput. Ita & hic deuotus pro omnibus igne cremabitur, centū triginta duæ domus, inſulæ quatuor, ſex diebus arſere, ſeptimus pauſam dedit. Bene te valere opto.

Seneca D. Paulo ſalutem.

AVe, mi Paule chariſſime. Si mihi nominiq̃ue meo vir tantus, & dilectus omnibus modis, non dico fueris iunctus, ſed neceſſariò mixtus, actum erit de Seneca tuo. Cum ſis igitur vertex, & altiſſimorum omnium montium cacumen, noli latere, ita ſim tibi proximus, vt alter ſimilis tui deputer, haud itaque te indignum prima facie Epiſtolarum nominandum cenſeas, ne tam tentare me, quā ludere videaris. Quippe cum ſcias, ciuem eſſe te Romanum. Nam qui tuus

tuus eſt apud tuos locus, velim, vt apud meos ſit meus. Vale, Paule chariſſime.

Seneca D. Paulo Salutem.

AVe, mi Paule chariſſime, Allegoricè, & Enigmaticè multa a te vſquequaque opera conduntur: & ideo rerum tanta vis, & muneris tibi tributa, non ornamento verborum, ſed cultu quodam decoranda eſt: nec vereare, quod ſępius te dixiſſe retineo, multos, qui talia affectent, ſenſus corrumpere, rerum virtutes euitare. Cæterum, mihi concedas velim, latinitati morem gerere, honeſtis vocibus ſpeciē adhibere, vt generoſi muneris conceſſio dignè à te poſſit expediri. Bene Vale.

D. Paulus Senecæ Salutem.

PErpendenti tibi ea ſunt reuelata, quæ paucis diuinitas conceſsit. Certus igitur ego in agro iam fertili ſemen fortiſsimum ſero, non quidem materiam, quæ corrumpi videtur, ſed verbum ſtabile Dei deriuamentũ creſcentis & manentis in æternum, quod prudentia tua aſſecuta eſt, indeficiens fore

fore debebit, & Ethnicorum Iſraëlitarumq́ue obſeruationes cenſere vitandas. Nouum te auctorem feceris, Chriſti Ieſu præconijs oſtendẽdo rhetoricis irreprehenſibilem ſophiſtam; quam propemodum adeptis regi temporali, eiuſq́ue domeſticis, atque fidis amicis inſinuabis, quibus aſpera, & incaptabilis erit perſuaſio, cum plerique eorum minimè flectantur inſinuationibus tuis, quibus vitale commodum ſermo Dei inſtillatus, nouum hominem ſine corruptela perpetuam animam parit ad Deum iſtinc properantẽ. Vale, Seneca chariſſime nobis.

Epiſtolarum Diui Pauli, & Senecæ,

FINIS.

LOCORVM COMMVNVM INDEX.

A

Abſtinētia pagina 1
Accuſatio 3
Aduerſitas 4
Adulatio. 10
Aer 14
Aqua ib
Agilitas 17
Aleator ib.
Affectus ib.
Afflictio 18
Ætas 19
Arcus. 20
Ambitio 22
Amicus 23
Amicitia 24
Animus 29
Anima ib.
Amor 41
Ars 43
Aſſuetudo 45
Auaritia 48
Auxilium 53
Aula ib.

B

Beatitudo 53
Bellum 55
Beneficentia 56
Beneficium ib.
Bonum 68
Bonitas ib.

C

Calamitas 72
Clementia ib.
Cœlum 74
Confeſſio ib.
Contumelia 75
Contemptus 77
Corpus ib.
Conſortium bonorum 83
Cōſilium 86
Concordia 87
Conſcientia ib.
Conſuetudo vide Aſſuetudo
Conuiuium 90
Cometa ib.
Cognitio ſui 92
Cogitatio 95
Conuitium 96
Communio rerū 96
Conſtantia 97
Conſtitutio 98

Conti-

INDEX.

Continuatio 99
Continentia ib.
Culpa ib.
Cupiditas ib.

D

Dignitas 101
Diſſidium 102
Diuitiæ ib.
Diſcipulus 108
Dies 110
Deliberatio 112
Difficultas ib.
Declamatio 113
Deſperatio ib.
Dolor ib. Deus 115
Damnatio 119
Doctor ib.
Dementia 120
Dormitio ib.

E

Ebrietas 120
Exilium 123
Exercitatio 125
Eloquentia ib.

F

Fallacia 126
Fama ib.
Fames 127
Fatúm 128
Facilitas 132
Fauor popularis i.
Fides 134
Fortuna ib.
Fraus 141
Fortitudo ib.
Forma 142
Fœlicitas 143
Fuga 145. Furor ib.
Futurum ib.
Fulmen 146
Fluctus 151

G

Gaudium 151
Gloria 154
Gratitudo 156
Grando 158
Gula 159
Hæredes 162
Hoſpitalitas ib.
Homo ib.
Honor 169
Honeſtum ib.
Humanitas 171
Humilitas 172
Humor ib.
Hypocriſis 173

I

Idæa 173
Ignorantia ib.
Immortalitas ib.
Inconſtantia 175
Infirmus ib.
Inimicitia 176
Inimicus 177

Incœ-

Inceſtus ib.
Innocentia 178
Inopia ib.
Impudicitia. 179
Imperator ib.
Imperium ib.
Iudicium 182
Iudex 183
Ira 184
Iniuria 193
Iuſtitia 197
Ingratitudo ib.
Ingenium 201
Inuidia 204

L

Labor 205
Laus ib.
Lachrymæ 207
Lectio 210
Lex 211
Libertas 212
Locus 213
Lingua 214
Luxuria 217

M

Magnanimitas 22
Malum ib.
Mens 229
Medicina 231
Mendacium 233
Memoria 234
Miſeria ib.
Miſericordia 236
Mores ib.
Morbi 237
Mora 241
Mors 241
Monitio 259
Modus 260
Mutabilitas 261
Mundus 264
Mulier 267
Munera 269

N

Natura 272
Natiuitas 279
Neceſsitas 281
Nix ib.
Nouerca 283
Nouitas ib.
Nobilitas 284

O

Obtrectatio 288
Odium ib.
Obedientia ib.
Obiurgatio 289
Occupatio ib.
Oculi 292
Officium 293
Oratio ib.
Oraculum 296
Otium ib.

P

Parentes 299

Pax	300	Sacerdos	356
Patientia	301	Seruus	ib.
Puupertas	ib.	Seruitus	ib.
Patria	305	Senex	363
Perfectum	ib.	Senectus	ib.
Peccatum	ib.	Sermo	365
Peregrinatio	313	Securitas	366
Pecunia	315	Spes	ib.
Philoſophia	318	Sepultura	367
Præceptum	324	Seueritas	368
Præcipuum	325	Speculum	ib.
Periculum	326	Simulatio	369
Pietas	ib.	Solitudo	12
Pigritia	327	Somnus	371
Profectus	ib.	Somnia	ib.
Potentia	ib.	Solatium	372
Proſperitas	329	Spiritus	ib.
Pluuia	330	Stultitia	374
Prudentia	ib.	Studium	376
Pœna	332	Suſpitio	379
Pueritia	ib.	Stilus	ib.
Pudor	336	Subtilitas	380
Q		T	
Quæſtio	337	Taciturnitas	ib.
R		Terra	381
Ratio	ib.	Terræ motus	ib.
Rex	338	Tempus	383
Reſurrectio.	344	Teſtis	389
Riſus	346	Timor	ib.
S		Tonitruum	392
Sapiens	349	Tyrannus	394
Sapientia	ib.	Triſtitia	ib.

Varie-

V

Varietas 394
Veritas ib.
Verecundia 396
Venia ib.
Ventus 397
Vita 400
Vindicta 413
Violentia ib.
Victoria 414
Vir 415
Virtus 416
Voluntas 425
Votum 426
Vxor 427
Voluptas ib.

Z

Zelum 430

FINIS.

LVCII ANNÆI SENECÆ PHILOSOPHI ET ORATORIS

grauiſſimi Sententiæ & dicta memorabilia, à Huberto Scutteputęo per locos communes iuxta Alphabeti ordinem collecta.

DE ABSTINENTIA.

CAPVT I.

Corpori qualiter indulgendum.

HANC ſanam & ſalubrem formam vitæ tene; vt corpori tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini ſatis eſt. Durius tractandum eſt, ne animo malè pareat: cibus famem cedat, potio ſitim extinguat: veſtis arceat frigus, domus munimentum ſit aduerſus infeſta corporis. Hanc vtrum ceſpes erexerit, an varius lapis gentis alienæ, nihil intereſt. Scito hominē tam bene culmo quam auro tegi. Contemne omnia quæ ſuperuacuus labor, velut ornamentum ac decus ponit. Cogita in te præter animum nihil eſſe mirabile, cui magno, nihil magnum eſt. Epi. 8. lib. 1.

Abſtinentia & frugalitate Plato vitam ſuam produxit.

Epiſt. 1. lib. 8. Poteſt ne aliquatenus noſtra quoque prouidentia longiorem propagare huic corpuſculo moram? ſi voluptates quibus pars maior perijt potuerimus regere & coercere. Plato ipſe ad ſenectutem ſe diligentia pertulit. Erat quidem corpus validum, ac forte ſortitus, & illi nomen latitudo pectoris fecerat: ſed nauigationes ac pericula multum detraxerũt viribus. Parſimonia tamen, & eorum quæ auiditatem euocant modus, & diligens ſui tutela produxit illum ad ſenectutem. Quam vt non puto concupiſcendam, ita ne recuſandam quidem. Iucũdum eſt eſſe ſecũ quã diutiſſimè, cùm quis ſe dignum quo frueretur efficit.

Quod ſat eſt, parum non eſt.

Epiſt. 5. lib. 21. Quantulumcunque eſt, ſatis erit: ſi quicquid deerit, id à nobis petierimus. Nunquam parum eſt, quod ſatis eſt. Nunquam ſatis eſt, quod multum.

Neceſſarium eſt paruo aſſueſcere.

Epiſt. 4. li. 22. Quicquid vult habere nemo poteſt, illud poteſt, nolle quod non habet. Rebus oblatis hilaris vti, magna pars libertatis eſt.

Lib. de quatu. virtut. Deſideria tua paruo redime, quia hoc tantum curare debes vt deſinant: atque quaſi ad exemplar compoſitus diuinum, à corpore ad ſpiritum quantum potes te feſtina reducere.

Fruga-

Frugalitatis commendatio.

O quantum bonum eſt In Thy-
Obſtare nulli, carpere ſecuras dapes. eſte.
Humi iacentē ſcelera nō intrāt caſā.
Tutuſq; mēſa carpitur āguſta cibus.
Pectora pauper ſecura In Her.
Tenet è patula pocula fago, Oe-
Sed non trepida tenet illa manu. theo.
Carpit faciles, vileſque cibos,
Sed non ſtrictos reſpicit enſes.
Aurea miſcet pocula ſanguis.

DE ACCVSATIONE.

CAPVT II.

NOſtri ſeculi exempla non prętetribo. Sub Tiberio Cæſare fuit accuſandi frequens & penè publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius togratam ciuitatem cōfecit. Excipiebatur ebriorū ſermo, ſimplicitas iocātium. Nihil erat tutū. Omnis ſeruiēdi placebat occaſio. Nec iam reorum expetebatur euentus, cū ęſſet vnus. Coenabat Paulus Prætorius in conuiuio quodam, imaginem Tiberij Cæſaris habens exculptam, eminente gemma. Rem ineptiſſimā fecero, ſi nunc verba quæſiero, quē admodum dicam illum matellam ſumpſiſſe. Quod factum ſimul & Maro ex notis illius temporis veſtigatoribus notauit, & ſeruus eius quo nectebantur inſidię ei ebrio anulum extraxit. Et cùm Maro conuiuas teſta- (Libr. 3. benefi.)

teſtaretur admotam eſſe imaginem obſcœnis, & iam ſubſcriptionē componeret, oſtendit in manu ſua ſeruus annulum. Si quis hunc ſeruum vocat, & illum conuiuam vocabit:

li. 2. de ira.

Dies omnia reuelat.

Veritatem dies aperit. Ne ſint aures criminantibus faciles. Hoc humanæ naturæ vitium ſuſpectum, notumq́; ſit nobis, ꝙ quæ inuiti audimus, libenter credimus: & antequā iudicemus, iraſcimur. Enimuerò in ſuſpenſo ira retinenda eſt. Poteſt enim pœna dilator exigi, non poteſt exacta reuocari.

lib. 1. de clem.

Eo peccato quiſque tenetur, quo de alio quæritur.

Quotus quiſq; accuſator vacat culpa? & neſcio an nemo ad dandum veniam difficilior ſit, quàm qui illa petere ſæpius meruit.

Epiſt 5. lib. 10. Inter ſuſpecta malè viuitur.

In prouerb. Neminem citò accuſaueris.

DE ADVERSITATE.

CAPVT III.

Omne violentum, non diuturnum.

lib. 1. de tranq. vitæ.

NEmo duraret, ſi rerum aduerſarum eandem vim aſſiduitas haberet, quam primus ictus.

Conſuetudo aduerſa mitigat.

Ibidē. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quàm, cùm ſciret quibus ærūnis naſceremur, calamitatū molli-

men-

mentum cõſuetudine inuenit, citò in familiaritatem grauiſſima adducens.

Aduerſa docent.

Conſtat non eſſe magni animi ſe rebus proſperis fortẽ gerere, vbi ſecũdo curſu vita procedit. Nec gubernatoris quidem artem, tranquillum mare & obſequens ventus oſtẽdit. Aduerſi aliquid incurrat oportet quod animum probet. lib. de conſol. ad Marciam.

Infœlicitas aſſidua indurat.

Vnũ habet aſſidua infœlicitas bonũ, ꝙ quos ſepe vexat, nouiſſimè indurat. lib. de conſol. ad Albinam.

Vita ſecura, mortuo mari comparatur.

Demetrius vitam ſecuram, & ſine vllis fortunę incurſionibus mare mortuũ vocat. Nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denũciatione & incurſu firmitatem animi tui tentes: ſed in otio incõcuſſo iacere, non eſt trãquillitas, ſed malitia. Epi. 2. lib. 9.

Nubilo ſerena ſuccedunt. Epi. 4. lib. 18.

Bonis viris interdum multa accidunt aduerſa.

Inter bonos viros, ac Deum amicitia eſt, conciliãte virtute. Amicitia dico, imò etiam neceſſitudo & ſimilitudo: quoniam quidẽ bonus, tempore tantũ a Deo differt: diſcipulus eius emulatorq; & vera progenies, quem parẽs ille magnificus, virtutum non lenis exactor, ſicut ſeueri patres, durius edu- lib. de diuina prou. cap. 1.

cat. Itaque cum videris bonos viros, acceptoſque Dijs, laborare, ſudare, per arduum conſcendere: malos autem laſciuire, & voluptatibus fluere, cogita filiorum nos moleſtia delectari, vernularum licentia. Illos diſciplina triſtiori contineri, horum ali audacia. Idem tibi de Deo liqueat. Bonum virum in delitijs non habet, experitur, indurat, ſibi illum præparat.

Ibid. capi. 2. Paternum Deus habet aduerſus bonos viros animum, & illos fortius amat, & operibus, doloribus, ac damnis exagitat, vt verum colligãt robur.

Ibid. capit. 3. Demetrij vox eſt: Nihil mihi videtur infœlicius eo, cui nihil vnquã aliquid euenit aduerſi. Non licuit enim illi ſe experiri, vbi ex voto illi fluxerũt omnia, vt ante votum, malè tamen de illo Dij iudicauerunt. Indignus viſus eſt, a quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignauiſſimum quẽq; refugit.

Ibid. Quanto plus tormenti, tanto plus erit gloriæ.

Ibid. Solatium eſt pro honeſto dura tolerare.

Ibid. capi. 4. Gaudent magni viri aliquando rebus aduerſis, non aliter quàm fortes milites belli triumpho.

Haud temerè ad virtutem peruenit, qui nihil mali tulit.

Ibid. Proſpera in plebem, ac vilia ingenia deue-

deueniunt. At calamitates, terroreſq; mortaliũ ſub iugũ mittere, proprium magni viri eſt. Semper vero eſſe fœlicem, & ſine morſu animi tranſire vitã, ignorare eſt rerum naturæ alterã partem. Magnus es vir, ſed vnde ſcio? Si tibi fortuna non dat facultatem exhibendæ virtutis? Deſcendiſti ad olympia, ſed nemo prçter te: victoriam non habes, olympiam coronã habes. Non gratulor tanquam viro forti, ſed tanquam conſulatum præturãue adepto, honore auctus es. Idem dicere & viro bono poſſum, ſi illi nullã occaſionem difficilior caſus dedit, in qua vna vim ſui animi oſtenderet. Miſerũ te iudico quod non fuiſti miſer, trãſiſti ſine aduerſario vitã. Nemo ſciet quid potueris, nec tu quidem ipſe. Opus eſt enim ad notitiã ſui experimento: quod quidem quis poſſet, niſi tentando didicit?

Calamitas virtutis occaſio eſt. Illos meritò quis non dixerit miſeros, qui nimia fœlicitate torpeſcunt: quos velut in mari lento tranquillitas itineris detinet. Quicquid illis inciderit, nouũ veniet. Magis vrgẽt ſeua inexpertos. Graue eſt ferre ceruicibus iugũ, ad ſuſpitionem vulneris tyro paleſcit: audaciter veteranus cruorem ſuũ ſpectat, qui ſcit ſe ſepe viciſſe poſt ſanguinem. Hos itaq; De⁹ quos probat, quos amat, Ibid.

indurat, recognoſcit, exercet. Eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis ſeruat.

Ibid. Satius eſt perpetuã infœlicitatem, quæ aduocat ad virtutem ſuſtinere: quam infinitis atque immodicis bonis rumpi.

Conſuetudo Lacedæmoniorum in probanda indole liberorum.

Ibidẽ. Hanc Deus rationẽ ſequitur in bonis viris, quã in diſcipulis ſuis præceptores, qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior ſpes eſt. Nunquid tu inuiſos eſſe Lacedęmonijs liberos ſuos credis, quorũ experiuntur indolem publicè verberibus admotis? Ipſi illos patres adhortantur, vt ictus flagellorũ fortiter perferant, & laceros ac ſemianimes rogãt, perſeuerent vulnera præbere vulneribus. Quid mirum ſi durè generoſos ſpiritus Deus tentat? Nunquam virtus molle documentum eſt, verberat nos & lacerat fortuna.

Ibid. c. 5. Nullo modo magis poteſt Deus concupita traducere, quam ſi illa ad turpiſſimos defert, ab optimis abigit.

Virtus in arduis poſita.

Ipſe ignis aurum probat, miſeria fortes viros. Vnde quam altè ſe extendere debeat virtus, ſcies illi non per ſecura vadendum eſſe.

Ardua

Arduaprima via eſt, & qua vix manè recentes, Ouid. l.2.Meth.
Enitãtur equi, medio eſt altiſſima cœlo.
Vnde mare & terras ipſi mihi ſæpe videre.
Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona via eſt, & eget moderamine certo.
Tũc etiã quæ me ſubiectis excipit vndis.
Ne ferar in præceps Thetis ſolet ipſa vereri.

Hæc cùm audiſſet ille generoſus adoleſcens, placet inquit via. Aſcendo: tanti per iſta ire caſuro. Non deſinit animum metu territare.

Vtq; viã teneas, nulloq; errore traharis,
Per tamẽ aduerſi gradieris cornua tauri.
Æmoniosq; arcus, violentiq; ora leonis.

Post hæc ait: Finge datos curius, his quibus deterreri me putas, incitor. Libet illic ſtare, vbi ipſe ſol trepidat: humilis & inertis eſt, tuta ſectare, per altitudinem virtus eſt.

Alterna ſunt vices rerum. Libr. 3. natur. quæſt.

In ſecundis nemo confidat: in aduerſis nemo deficiat, alternæ ſunt vices rerum.

Crudelis in aduerſa eſt obiurgatiõ. In prouer.

DE ADVLATIONE.

CAPVT IV.

Adulatio multos decipit, & ad hoc exemplum Alexandri magni appoſitiſſimum.

Epiſt. 3. lib. 8. ILlud pręcipuè nobis ad virtutem ac ſapientiam impedit, quòd citò nobis placemus: ſi inuenimus qui nos bonos viros dicat, qui prudentes, qui ſanctos, agnoſcimus, Non ſumus modica laudatione contenti, quicquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit, tanquam debitum prendimus. Optimos nos eſſe, ſapientiſſimos affirmantibus aſſentimur, cũ ſciamus illos ſepe multa mẽtiri, adeò quoq; indulgemus nobis, vt laudari velimus in id, cui cõtraria cùm maximè facimus. Mitiſſimum ille ſe in ipſis ſupplicijs audit. In rapinis liberaliſſimũ. In ebrietatibus ac libidinibus temperatiſſimũ. Sequitur itaq; vt ideo mutari nolimus, quia nos optimos eſſe credimus. Alexander cùm iam in India vagaretur, & gentes in finitimis ſatis notas, bello vaſtaret, in obſidione cuiuſdam vrbis dum circuit muros, & imbecilliſſima mœniũ quęrit, ſagittę ictus diu perſtitit in re, & incepta agere perſeuerauit. Deinde cùm repreſſo ſanguine ſicci vulneris dolor excreſceret, & crus equo ſuſpenſum paulatim obtorpuiſſet coactus

abſi-

abſiſtere. Oẽs, inquit, iurant me Iouis filiũ eſſe: ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat. Idẽ faciamus. Pro ſua quẽque portione, adulatio infatuat. Diramus: Vos quidẽ prudentem me eſſe dicitis, ego autem video quã multa inutilia concupiſcã, ne citura optem, &c.

O quam inimica nobis ſunt vota noſtrorum: eò quidem inimiciora, quò ceſſere fœlicius. Epiſt. 4. lib. 8.

Multis videmus maiora promittere, quam recipit humana conditio. Non immeritò, ad corpus enim reſpiciunt: reuertantur ad animum, iam hominem Deo mentientur. Epiſt. 2. lib. 10.

Queãdmodum qui audierũt ſymphoniam, ferũt ſecum in auribus modulationem, illa ad dulcedinem, cantumq; cogit, actiones impedit, nec ad ſeria patitur intendi: Sic adulatorũ & praua laudãtium ſermo diutius hęret, quã auditur, nec facilè eſt animo dulcem ſonũ excutere, proſequitur & durat; & ex interuallo recurrit. Ideo claudẽdæ ſunt aures malis vocibus, & quidem primis. Nam cùm initiũ fecerunt admiſſæque ſunt plus audent. Inde ad hęc peruenitur verba: Virtus, Philoſophia, & Iuſtitia, verborũ inanium crepitus eſt. Vna fœlicitas eſt bonæ vitæ, facere omnia liberè, frui patrimonio: hoc eſt viuere, hoc eſt ſe mortalem Epiſt. 4. li. 22.

eſſe meminiſſe. Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. Dubitamus quod iuuat ſapere & ætati non ſemper voluptates decepturę, &c. Hæ voces adulatorum non aliter fugiendæ ſunt quàm illæ quas Vlyſſes niſi alligatus præteruehi noluit.

Libr. 4. natur. quæſt.

Contra adulatores, nimirum hominum peſtes admonitio.

Adulatoribus latus ne præbeas. Artifices ſunt ad captandos ſuperiores: par illis (etiam ſi bene caueris) non eris. Sed mihi crede, proditioni (ſi caperis) ipſe te trades. Habent hoc in ſe naturale blanditiæ, etiam cùm reijciuntur, placent: ſæpe excluſæ, nouiſſimè recipiuntur. Incredibile eſt, quod dicturus ſum, ſed tamen verum. Ea miſeria quiſque patet, quam patitur: fortaſſe enim idem, qui patet patitur. Sic ergo formare, vt ſcias non poſſe te conſequi, vt ſis impenetrabilis: cùm omnia caueris, per ornamenta fier. Alius adulatione clam vtetur parcè, alius ex aperto, palam ruſticitate ſimulata, quaſi ſimplicitas illa non ars ſit.

Ibid. Plancus artifex ante Villeum maximus, aiebat non eſſe occultè, nec ex diſſimulato blãdiendum. perit inquit. Procari, ſi latet: plurimum adulator cùm deprehenſus eſt, proficit: plus etiam

m nũc ſi obiurgatus eſt, ſi erubuit. Criſpus Paſſienus, quo ego nihil ui ſubtilius, in omnibus rebus, ma. mè in diſtinguendis & curandis vi. s, ſæpe dicebat adulationibus non audere oſtium, ſed aperire. Et qui. em ſic, quemadmodum opponi ami. ſolet: quę ſi impulit grata, gratior ſt ſi effregit. Ibid.

Adulatio quò improbior, quò ma. is frontem ſuam perfricuit, cecidit liam, hoc citius expugnat. Eo enim am demẽtiæ venimus, quòd qui par. cè adulatur, pro maligno ſit. Ibid.

Nimia aſſentatio animum reſoluit. Lib. de quatu. virtuti.

Difficillimum cõtinentiæ opus eſt, aſſentationes adulatione repellere; quarum ſermones animum voluptate reſoluunt.

Nullius per aſſentationem amicitiam merearis: nec ad tuam promerendam per hanc aditum pandas. Ibid.

Si continens es, adulationes euita, ſitq; tibi tam triſte laudari à turpibus, quam ſi lauderis ob turpia. Ibid.

Cũctis eſto benignus, nemini blandus: paucis familiaris, omnib⁹ æquus. Ibid.

Blanditia, non imperio, fit dulcis Venus. In prouer.

Habet ſuum venenũ blanda oratio. Ibid.

Malo veris offendere, quam placere adulando. Ibid.

eſſe meminiſſe. Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. Dubitamus quod iuuat ſapere & ætati non ſemper voluptates decepturę, &c. Hæ voces adulatorum non aliter fugiendæ ſunt quàm illæ quas Vlyſſes niſi alligatus præteruehi noluit.

Libr. 4. natur. quæſt.

Contra adulatores, nimirum hominum peſtes admonitio.

Adulatoribus latus ne præbeas. Artifices ſunt ad captandos ſuperiores: par illis (etiam ſi bene caueris) non eris. Sed mihi crede, proditioni (ſi caperis) ipſe te trades. Habent hoc in ſe naturale blanditiæ, etiam cùm reijciuntur, placent: ſæpe excluſæ, nouiſſimè recipiuntur. Incredibile eſt, quod dicturus ſum, ſed tamen verum. Ea miſeria quiſque patet, quam patitur: fortaſſe enim idem, qui patet patitur. Sic ergo formare, vt ſcias non poſſe te conſequi, vt ſis impenetrabilis: cùm omnia caueris, per ornamenta fiet. Alius adulatione clam vtetur parcè, alius ex aperto, palam ruſticitate ſimulata, quaſi ſimplicitas illa non ars ſit.

Ibid. Plancus artifex ante Villeum maximus, aiebat non eſſe occultè, nec ex diſſimulato blādiendum. perit inquit. Procari, ſi latet: plurimum adulator cùm deprehenſus eſt, proficit: plus etiam

m nūc ſi obiurgatus eſt, ſi erubuit. Criſpus Paſſienus, quo ego nihil ɔui ſubtilius, in omnibus rebus, mamè in diſtinguendis & curandis viȷs, ſæpe dicebat adulationibus non audere oſtium, ſed aperire. Et quiem ſic, quemadmodum opponi amio ſolet: quę ſi impulit grata, gratior ſt ſi effregit. Ibid.

Adulatio quò improbior, quò magis frontem ſuam perfricuit, cecidit aliam, hoc citius expugnat. Eo enim iam demētiæ venimus, quòd qui parcè adulatur, pro maligno ſit. Ibid.

Nimia aſſentatio animum reſoluit. Lib. de quatu. virtuti.

Difficillimum cōtinentiæ opus eſt, aſſentationes adulatione repellere, quarum ſermones animum voluptate reſoluunt.

Nullius per aſſentationem amicitiam merearis: nec ad tuam promerendam per hanc aditum pandas. Ibid.

Si continens es, adulationes euita, ſitq́; tibi tam triſte laudari à turpibus, quam ſi lauderis ob turpia. Ibid.

Cūctis eſto benignus, nemini blandus: paucis familiaris, omnib⁹ æquus. Ibid.

Blanditia, non imperio, fit dulcis Venus. In prouer.

Habet ſuum venenū blanda oratio. Ibid.

Malo veris offendere, quam placere adulando. Ibid.

DE AERE. CAP. V.

Aër quò propior terris, eò craſſior.

Libr. 4. natur. quæſt. OMnis aër quò proprior eſt terris, hoc craſſior. Quemadmodum in aqua, & in omni humore ſex ima eſt: ita in aëre ſpiſſiſſima quoque deſcendunt.

DE AQVA. CAP. VI.

Quare res in aqua cernuntur maiores.

Libr. 1. natur. quæſt. OMnia per aquam videntur eſſe maiora Literæ quamuis minutæ & obſcuræ per vitream pilam aqua plenam, maiores clarioreſq; cernuntur poma formoſiora quàm ſint videntur, ſi innatant vitro ſydera ampliora per nubem aſpicienti, cernuntur, quia acies noſtra humido labitur, nec apprehendere quod vult fideliter poteſt. Quod manifeſtum fiet, ſi poculũ adimpleueris aqua, & in id conieceris annulum. Nam cùm in ipſo fundo iaceat annulus, facies eius in ſummo aquę redditur, quicquid videtur per humorẽ lõgè amplius vero eſt.

Similitudo de interuallis aquarum.

Libr. 3. natur. quæſt. Quemadmodum quartana ad horam venit, quemadmodum podagra ad tempus reſpõdet, quemadmodum purgatio, ſi nihil obſtitit, ſtatutum diem ſeruat, quemadmodum præſto eſt ad menſem ſuum partus: Sic aquæ interualla habent, quibus ſe retrahãt,

& qui-

quibus redeant.

Quare aquarum varius ſapor.

Quare aquis ſapor eſt varius? prop- Ibid.
ter quatuor cauſas. Ex ſolo prima eſt, per quod feruntur. Secunda ex eadem ſimilitudine eius naſcitur. Tertia ex ſpiritu, qui in aquam transfiguratus eſt. Quarta ex vitio, quod ſæpe concipiunt corruptæ per iniuriam. Hæ cauſæ ſaporem dant aquis varium. Hæ medicatiuam potentiam. Hæ grauem ſpiritum, coloremque peſtiferum. Hæ leuitatem grauitatemq;, aut calorem, aut nimiũ rigorem. Intereſt vtrũ loca ſulphure an bitumine plena trãſeant. Hac ratione corruptę, cũ vitę periculo bibũtur. Hinc ille de quo Ouidius ait:

Flumen habent Cicones quod potum ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.

Medicatum eſt, & eius naturæ habet limum, vt corpora agglutinet & induret. Quemadmodum puteolanus puluis, ſi aquam attigit ſaxum eſt: ſic è contrario, hæc aquæ ſi ſolidum tetigit, hæret & affligitur. Inde eſt, quod res abiectæ in eundem locum, lapidæę ſubinde extrahuntur. Quod in Italia quibuſdam locis euenit; ſi virgam, ſiue frondem demerſeris, lapidẽ poſt paucos dies extrahis. Circũfunditur enim corpori

corpori limus, alliniturque paulatim. Hoc minus videbitur tibi mirum, ſi notaueris albulam, & ferè ſulphuratam aquam circa canales ſuos, cymbaſque durari. Aliam habent cauſam illi lacus, quos quiſquis faucibus hauſit, vt idem Poeta ait:

Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem.

Similem habet vim mero, ſed vehementiorem. Nam quemadmodum ebrietas donec exciccetur, demētia eſt, & nimia grauitate defertur in ſomnum: ſic huiuſmodi aquæ ſulphurea vis habet quiddam acrius ex aere noxio virus, quod mentem aut furore mouet, aut ſopore opprimit.

Nili virtus.

Ibid. Nilus fluuius fœminas ſteriles, fœcundas facit.

Aqua omnis purgatiua.

Ibid. Omnis aquarum ſtantium, clauſarūmque natūra ſe purgat. Nam in his quibus curſus eſt, non poſſunt vitia conſiſtere, quæ ſua vis defert & exportat. Illæ quæ non emittunt, quicquid inſedit, magis minuſve æſtuant. Mare verò cadauera ſtramentaque & naufragorum reliqua ſimilia ex intimo trahit: nec tantum tempeſtate fluctuque, ſed tranquillum quoque placidumque purgatur.

DE

DE AGILITATE.

CAPVT VII.

Agilitas quid.

TArda ſunt quæ neceſſitate impelluntur: agilitas ſpontaneus motus eſt. Epi. 2. lib. 22.

Nemo in eo hæret, in quo eſt diu verſatus.

Nulli non partium ſuarum agilitas eſt, Artifex inſtrumenta ſua tractat ex facili, Rector nauis ſcit gubernaculum flecteræ, Pictor colores quos ad reddendam ſimilitudinem, multos varioſque ante ſe poſuit celerrimè denotat, & inter ceram opuſque facili vultu ac manu commeat: Sic animali nomen vſum ſui mobilem mirari ſolemus. Satiāt peritos quod in omnem ſignificationem rerum & affectuum parator illorum eſt manus, & verborum velocitatem geſtus aſſequitur. Quod illis ars præſtat, his natura. Ibid.

DE ALEATORIBVS.

CAP. VIII.

ALeator quātò in arte eſt melior, tantò eſt nequior. In prouerb.

DE AFFECTIBVS.

CAP. IX.

NVllus affectus vindicandi cupidior eſt quàm ira: & ob idipſum ad vindicandum inhabilis, prærabidus & amens: & omnis ferè cupiditas libr. 1. de ira.

ipſa

ipſa ſibi in id. in quo properat, opponitur.

Ibid. Ariſtoteles ait: Affectus quoſdam, ſi quis illis bene vtatur, pro armis eſſe.

Labor improbus vincit omnia.

libr. 2. de ira. Nihil eſt tam difficilè & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatio. Nulliq; ſunt tam feri & ſui iuris affectus, vt non diſciplina perdomentur.

Praui affectus domandi.

Epiſ. 2. lib. 22. Imbecillis primò omnis affectus. Non obtinebis vt deſinat, ſi incipere permiſeris. Deinde ipſe ſe concitat, & vires dum procedit, parat: excluditur facilius, quàm expellitur. Quis negat omnes affectus à quodam, quaſi naturali fluere principio? Curam nobis noſtri natura mandauit. Sed huic vbi nimium indulſeris, vitium eſt, &c.

In prouerb. Omnis affectus habet vt in eo, in quo ipſe inſanit, in idem putet cæteros furere.

DE AFFLICTIONE.

CAP. X.

In Hercule Oetheo. AFflictorũ vita mortis vices tenet.

Mortis habet vices.

Hercules in Oedipo. *Lentè cum trahitur vita gementibus.*

Afflictis dubiam reſponſionem adferens, ipſorum ſalutem negat.

Dubiã ſalutẽ qui dat, afflictis negat.

DE

DE ÆTATE. CAP. XI.

Ætas ad bonam mentem aptior quæ.

NOn eſt quòd exiſtimes vllam ætatem aptiorem eſſe ad bonam mentem, quàm quæ ſe multis experimentis, longa ac frequenti rerum patientia domuit: quę ad ſalutaria, mitigatis affectibus venit. Hoc eſt breuis huius boni tempus, quiſquis ſenex ad ſapientiam peruenit, annis præuenit. Epiſt. 3. lib. 9.

Ætas nulla ſine culpa.

Nulla ætas vacat à culpa. Epiſt. 2. li. 16.

Æui breuitas æquat omnes.

Omnes quantum ad breuitatem æui, ſi vniuerſo compares, & iuuenes & ſenes in æquo ſumus. Epiſt. 4. li. 16.

Optimum eſt quod primum.

Quemadmodum ex amphora primum quod eſt ſynceriſſimum effluit, grauiſſimũ quodque & turpidum ſubſidit: Sic in ætate noſtra, quod eſt optimum primum eſt. Quare optimum? quia reſtat quod incertum eſt. Quare optimum? quia hoc tempus idoneum eſt laboribus, idoneum. agitandis per ſtudia ingenijs, & exercẽdis per opera corporibus. Quod ſupereſt ſegnius, & languidius eſt, & propius ad finem. Epiſt. 1. li. 19.

Omnibus ætatis ſuæ conſtitutio.

Vnicuique ætati, ſua conſtitutio eſt. Alia infanti, alia puero, alia ſeni. Omnes enim cõſtitutioni conciliãtur in qua Epiſt. 2. li. 22.

in qua ſunt, Infans ſine dentibus eſt. Huic conſtitutioni ſuæ conciliatur. Renati ſunt dentes, huic conſtitutioni conciliatur, &c. vide in titulo de conſtitutione.

Libr. 3. natur. quæſt. Damna ætatis malè exemptæ, labor ſarciat.

In prouer. Aſtutè dum celatur, ſe ętas indicat.

Ætas omnis à Deo proprium officium habet.

In Thebaide. *Propria deſcribit Deus*
Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.
Lætitia iuuenē, frons decet triſtis ſenem.

InHippolyto. *Ætate fruere, mobili curſu fugit.*
Optimos vitæ dies

Ibid. *Effluere prohibe.*
Dum licet vtere.
Tempus ſed tacitum ſubruit, horaq;
Semper præterita deterior ſubit.

DE ARCV. CAP. XII.

Arcus in cœlo quomodo oriatur, & cur nocte non fiat.

Libr. 1. natur. quæſt. NOn fit vnquam arcus niſi nubilo, Sed quæramus quomodo fiat. Quidam aiunt eſſe aliqua ſtillicidia, quæ ſolem tranſmittāt. Quædam magis coacta, quam vt tranſluceant: itaque ab illis fulgorem reddi, ab his vmbram: & ſic vtriuſque interceſſu effici arcum, in quo pars fulgeat, quæ ſolem recipit, pars obſcurior ſit quæ excluſit, & ex ſe vmbram proximis fecit.

cit. Arcus in nocte non fit, niſi admodum raro: quia Luna non habet tantum virium, vt nubes tranſeat, & illis colorem ſuffundat, qualem accipiunt ſole peſtrictæ.

Vnde Iridis color tam varius.

Sic enim formam arcus diſcoloris accipiunt, quia aliæ partes in nubibus tumidiores ſunt, aliæ ſubmiſſiores, quędam craſſiores, quam vt ſolem tranſmittãt: aliæ imbecilliores, quàm vt excludãt. Hæc inæqualitas alterius lucem vmbramq; permiſcet, & exprimit illam mirabilẽ arcus varietatem. Ibid.

Nunquam arcus maior dimidio circulo apparet: & eò minor eſt, quo ſol eſt altior, vt ait Virgilius noſter: Et ibit ingens arcus; cùm aduentat imber, ſed non eaſdem, vndecunque apparuerit, minas affert. Ibid.

Cur arcus ſit dimidius tantum.

Quare arcus nõ implet orbem, ſed dimidia pars eius videtur, cùm plurimum porrigitur incuruaturq;? Quidam ita opinantur. Sol cùm ſit multo altior nubibus à ſuperiore tantum illas percutit parte, ſequitur vt inferior pars eorum non tangatur lumine. Ergo cùm ab vna parte ſolem accipiant, vnam partem eius imitantur, quæ nunquam dimidia maior eſt. Ibid.

Poſt

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Poſt autumnale æqui noctium qualibet hora eſt arcus.

Ibid. Ariſtoteles ait: Poſt autumnale æquinoctium qualibet hora diei arcum fieri, in ætate non fieri, niſi incipiente, aut inclinato iam die. Cuius rei cauſa manifeſta eſt. Primùm quia media die ſol calidiſſimus nubes euincit, nec poteſt ab his imaginem ſuam recipere, quas ſcindit. At matutino tempore, & vergens ad occaſum, cùm minus virium habeat, minus calidus eſt: & ideo à nubibus & ſuſtineri, & repercuti poteſt.

Ibid. Illud eſſe dubium nulli poteſt quin arcus imago ſolis ſit roicida, & caua nube concepta.

In prouerb. Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.

DE AMBITIONE.

CAP. XIII.

Ambitio ſemper inquieta.

li. 2. benefic. VT flammæ acrior vis eſt, quo ex maiore incendio emicuit. Æquè ambitio non patitur quemque in ea menſura honorum conquieſcere, qua quondam eius fuit impudens votum.

Dignitatis ambitio.

lib. 7. benefi. Nemo non ſuperioris dignitatem quærendo, etiam ſi non inquinauit, aſperſit. Necquiſquam fingere contentus eſt læuia, cum magnitudine men-

mendacij fidem quærat.

Huic vrbi dominandi finis erit, cui-parendi. lib. 1. de clemétia.

Ambitio nullo clauditur termino.

Relinque diuitias, aut periculum poſſidentium; aut onus. Relinque corporis atque animi voluptates, molliunt & eneruāt. Relinque ambitum, tumida res eſt, vana, ventoſa, nullum habet terminum? tam ſollicita eſt, ne quem ante ſe videat, quam ne ſe poſt alium. Laborat inuidia, & quidem duplici. Vides autem quàm miſer ſit, is cui inuidetur, & inuidet. Epiſt. 2. li. 12.

Ambitionis via confragoſa.

Quæcunque videntur eminere in rebus humanis, quamuis puſilla ſint, & comparatione humillimorum extēt, per difficiles tamen & arduos tramites adeuntur. Confragoſa in faſtigium dignitatis via eſt. Epiſt. 2. li. 12.

Ambitio & luxuria & impotentia ſcœnam deſiderant. Sanabis iſta, ſi abſconderis. Epiſt. 6. li. 14.

Ambitioſa non eſt fames, contenta deſinere eſt: quo deſinat, non nimis curat. Epiſt. 5. li. 21.

DE AMICO ET AMICITIA. CAP. XIV.

NEminem tam altè ſecunda profuerunt, vt non illi eo magis amicus de ſit, quia nihil abſit. lib. 6. benef.

Ami-

lib. 7. benefi. Amicorum omnia ſunt communia.

Fidelis amicitia, oblectatio ſumma.

libr. 1. de trãquil. vitæ. Nihil æquè oblectauerit animum, quam amicitia fidelis, Quantùm bonum eſt, vbi ſunt præparata pectora, in quæ tutò ſecretum omne deſcendat: quorum conſcientiam minus quam tuam timeas: quorum ſermo ſollicitudinem leniat, ſententia conſilium expediat, hilaritas triſtiam diſſiper, conſpectus ipſe delectet.

Amicus in conuiuio non cognoſcitur.

Epi. 3. lib. 1. Errat ille qui amicum in atrio quęrit, in cõuiuio probat. Nullum autem habet maius malũ occupatus homo, & bonis ſuis obſeſſus: quàm quod amicos ſibi putat, quibus ipſe non eſt.

Amicus antequam in amicitiam aſſumitur probandus.

Epi. 3. lib. 1. Poſt amicitiam credendum eſt, ante amicitiam iudicandum. Thephraſti cùm amauerint, iudicant, & non amant, cùm iudicauerint. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus ſit: cùm placuerit fieri, toto illum pectore admitte: & tam audacter cum illo loquere, quàm tecum. Tu quidem ita viue, vt nihil tibi committas, niſi quod committere etiam inimico tuo poſſis.

Poſſeſſio iniucunda quæ.

Epi. 6. lib. 1. Nullius boni ſine ſocio iucunda

eſt poſſeſſio.

Hecaton ait: Multum proficit, qui nunquam erit ſolus, ſcito hunc amicum omnibus eſſe. Ibid.

Amet qui amari deſiderat.

Hecaton ait: Ego tibi monſtrabo amatorium, ſine medicamento, ſine herba, ſine vllius veneficæ carmine. Si vis amari, ama. Habes autem non tantum amicitiæ vſum veteris, & certè magnam voluptatem, ſed etiam initium & comparationem nouæ. Quod intereſt inter metentem agricolam, & ferentem, hoc inter eum qui parauit amicum, & qui parat. At Thales Philoſophus dicere ſolebat: Iucundius eſſe amicum facere, quàm habere. Epiſt. 9. lib. 1.

Sapiens etiam amicos appetit.

Sapiens etiamſi contentus eſt, ſe tamen habere amicum vult: ſi ob nihil aliud vt exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat. Ibid.

Fœlicitas amicos parat.

Amicus qui cauſa vtilitatis aſſumptus eſt, tamdiu placebit, quādiu vtilis fuerit. Detrahit vero amicitię maieſtatē ſuam, qui illā parat ad bonos caſus. Ibid.

Literæ amici abſentis veſtigia eius afferunt.

Si imagines nobis amicorum abſentiū iucundæ ſunt, quæ memoriam renouant, & deſideriū abſentiæ, falſo Epiſt. 5. lib. 5.

atque inani ſolatio leuant: quãtò iucundiores ſunt literæ, quæ vera amici abſentis veſtigia, veras notas afferũt?

Amicitia omnia communicat.

Epiſt. 4. li. 6. Conſortium rerum omnium inter nos facit amicitia: nec ſecundi quicquam ſingulis eſt, nec aduerſi. In commune viuitur. Nec poteſt quiſquam beatè degere, qui ſe tantum intuetur, qui omnia ad vtilitates ſuas conuertit. Alteri viuas oportet, ſi vis tibi viuere. Hæc ſocietas diligenter & ſanctè obſeruanda eſt, quæ nos omnes hominibus miſcet, & indicat aliquod eſſe commune ius generis humani. Omnia cum amico communia habebit, qui multa cum homine.

Epiſt. 4. lib. 7. Conuerſari cum amicis abſentibus licet, & quidem quoties velis, quamdiu velis. Magis hac voluptate (quæ maxima eſt) fruimur dum abſumus: præſentia enim nos delicatos facit.

Vſus amicorum qualis eſſe debeat.

Epiſt. 7. li. 8. Dicere ſolebat Attalus: Sic amicorum defunctorum memoria iocunda eſt, quomodo in vino nimis veteri ipſa nos amaritudo delectat: quomodo poma quædam ſunt ſuauiter aſpera, cùm verò interuenit ſpacium, omne quod angebat, extinguitur, & pura ad nos voluptas venit. Si illi credimus, amicos incolumes cogitare, melle ac pia-

placenta frui eſt, eorum qui fuerunt retractatio, non ſine acerbitate quadam iuuat. Mihi autem amicorum defunctorũ cogitatio dulcis, ac blanda eſt, habui enim illos tanquam amiſſurus; amiſi tanquam habeam. Fac ergo mi Lucili quod tuam æquitatem decet. Deſine beneficium naturæ male interpretari: abſtulit, ſed dedit. Ideo amicis auidè fruamur, quia quamdiu contingere hoc poſſit, incertum eſt.

Tempus demit mœrorem.

Satius eſt amicum increpare, quàm flere. Scio pertritũ iam hoc eſſe, quod hic adiecturus ſum: Finem dolendi, etiam qui conſilio non fecerat, tempore inuenit. Ibid.

Amicorum præſentia ægris prodeſt.

Nihil æquè ægrum reficit, atque adiuuat, quàm amicorum affectus: nihil æquè expectationem mortis, ac metum ſurripit. Epiſt. 2. lib. 11.

Amici mortui non ſunt anxiè lugendi, quia non amittuntur, ſed præmittuntur.

Magna pars ex illis quos amauimus, licet ipſos caſus abſtulerit, apud nos manet. Eò autem ęquiore animo eſſe debemus, quòd quos amauimus, ſequimur. Quem putamus perijſſe, præmiſſus eſt. Epiſt. 4. li. 16.

Amicorum profectibus gaudendum.

Epiſt. 2. li. 19. Secundum naturam eſt, & amicos
complecti, & amicorum actu, vt ſuo
proprioq́ue lætari.

libr. de quatu. virtut. Nullius per aſſentationem amici-
tiam merearis: nec ad tuam prome-
rendam per hanc aditum pandas.

lib. de motib. Amicos ſecretò admone, palam au-
tem lauda.

Ibid. Quid dulcius quam habere ami-
cum, cum quo audeas vt tecum om-
nia loqui. Seruandus eſt ergo omni di-
ligentia, rarò inuentus amicus. Eſt e-
nim alter ego.

Ibid. Nulla puſilla domus quæ multos
amicos capit.

Ibid. Dixit quidam, amicorum omnia
eſſe communia: & amicum ſeipſum
eſſe alterum.

In prouer. Amici vitia ſi feras, facis tua.

Amicos res optimæ parant, aduer-
Ibid. ſæ probant.

Ibid. Propter cauſam multa amico da-
bis, multæ etiã cauſæ contra amicum.

Ibid. Præſtabis amicis fidem, omnibus
æquitatem.

Ibid. Talem diligentiam exhibe in ami-
citijs comparandis, vt incipias amare,
quem deinceps poſſis odiſſe.

DE ANIMO. CAP. XV.

lib. 4. beneſi. Difficilis, vt ait Plato: humani a-
nimi coniectura eſt.

Natura difficilè vincitur.

Gentes

Gentes facilius eſt barbaras, impatiẽteſque alieni arbitrio regere, quàm animũ ſuum continere, & tradere ſibi. Libr. 1. beneſi.

Spiritus omnia complectitur.

Ingẽtis ſpiritus res eſt? cùm Orientem Occidentemque luſtraueris animo, quo etiam remota, & ſolitudinibus interclusa penetrantur: cùm tot animalia, tãtam copiam rerum, quas natura beatiſſimè fundit, aſpexeris, emittere hanc Dei vocem: Hæc omnia mea ſunt. Sic fit, vt nihil cupiat, quia nihil eſt extra omnia. lib. 7. beneſi.

Similitudo de corrupto ſtomacho.

Quemadmodum ſtomachus morbo vitiatus, & colligens labem, quoſcunque accipit cibos, emittit, & omne alimentum in cauſam doloris trahit: ita animus cæcus, quicquid illi commiſeris, id onus ſuum, & perniciem, & occaſionem miſeriæ facit. lib. 5. beneſi.

Iraſci non eſt pij hominis.

Iraſci pro ſuis non eſt pij animi, ſed infirmi. libr. 1. de ira.

Vt corporum, ita animorum molliter vitia tractanda ſunt. lib. 7. beneſic.

Animus languidus cui.

Lãguidus animus eſt, qui ira caret. lib. 2. de ira.

Animus quotidie eſt diſcutiendus.

Quotidie animus ad rationem reddendam vocandus eſt. Faciebat hoc Sextius, vt conſummato die cùm ſe ad lib. 3. de ira.

nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animum ſuum, quod hodie malum tuum ſanaſti? cui vitio obſtitiſti? qua parte melior es? Deſinat ira, & erit moderatior animus, qui ſciet ſibi quotidie ad iudicem eſſe veniendum. Quid ergo pulchrius hac cõſuetudine diſcutiẽdi totum diem? qualis illic ſomnus poſt recognitionem ſui ſequitur? quam tranquillus, altus, ac liber, cũ aut laudatus eſt animus, aut admonitus, & ſpeculator ſui, cenſorq; ſecretus cognoſcit de moribus ſuis? Vtor hac poteſtate, & quotidie apud me cauſam dico, cũ ſublatum è conſpectu lumen eſt, & cõticuit vxor, moris iam mei cõſcia: totũ diem mecum ſcrutor, facta ac dicta mea remetior: Nihil mihi ipſe abſcõdo, nihil trãſeo. Quare enim quicquam ex erroribus meis timeã, cũ poſſum dicere: Vide ne iſtud amplius facias; nũc tibi ignoſco.

Bonus animus corripi gaudet.

lib. 3. de ira. Admoneri bonus animus gaudet, peſſimus quiſque correptorem aſperrimè patitur.

li. 2. de clemẽtia. Nihil æquè hominem, quàm magnus animus decet.

Humanus animus natura eſt contumax.

lib. 1 de clemẽtia. Natura cõtumax eſt humanus animus, & in cõtrariam, atque arduũ nitens: ſequiturq; facilius, quã ducatur.

Huma-

Humanus animus agilis.

Natura humanus animus agilis eſt, & pronus ad motus. libr. 1. de tranquil. vitæ.

Pars ſuperior mundi caret tumultu.

Pars ſuperior mundi & ordinatior, ac propinqua ſyderibus, nec in nubē cogitur, nec in tempeſtatem impellitur, nec verſatur in turbinem omni tumultu caret, inferiora fulminātur: Eodē modo ſublimis animus quietus ſemper, & in ſtatione trāquilla collocatus, intra ſe premēs, quib⁹ ira cōtrahitur, modeſt⁹ & venerabilis eſt, & diſpoſitus; quorū nihil inuenies in irato. li. 3. de ira.

Inſtrumenta quibus animus reficitur.

Eſt animus non inter plura verſandus, ſed artibus admœnis tradendus. Lectio illum carminum oblectet, & hiſtoria fabulis detineat, mollius, delicatiuſq; tractetur. Pythagoras perturbationes animi lyra componebat. Ibid.

Iaſtus nunquam eſt ſine ſolamine.

Nihil tam acerbum eſt in quo non æquus animus ſolatium inueniat. libr. 1. de trāquil. vitæ.

Serò ſapere.

Serò animus ad periculorum patientiam poſt pericula inſtruitur. Ibid.

Animus aſſueſaciendus ad omnia aduerſa.

Vtique animus ab omnibus externis in ſe reuocandus eſt, ſibi confidat, ſe gaudeat, ſua reſpiciat: recedat quātū Ibid.

poteſt ab alienis & ſe ſibi applicet: damna non ſentiat, etiam aduerſa benignè interpretetur.

Recreatio animi aliquando neceſſaria.

Ibid. Danda eſt remiſſio animis meliores acrioreſque requieti, ſurgent, vt fertilibus agris non eſt imperandum, citò enim exhauriet illos, nunquam intermiſſa fœcunditas. Ita animorum impetus aſſiduus labor frangit. Vires recipient, paulum reſoluti & remiſſi. Naſcitur ex aſſiduitate laborum, animorum hebetatio quædam & lãguor. Nec ad tãta hominum cupiditas tenderet, niſi naturalem quãdam voluptatem haberet luſus, iocuſq;: quorum frequens vſus, omne animis pondus, omnẽque vim eripiet. Nam & ſomnus refectioni neceſſarius eſt. Hũc tamen ſi per diem, noctemque continues, mors erit. Legum cõditores feſtos inſtituerunt dies, vt ad hilaritatem homines publicè cogerentur: tanquam neceſſarium laboribus interponentes temperamentum. Indulgendum eſt animo, dãdumq; ſubinde otium, quod alimenti ac virium loco ſit: & in ambulationibus apertis vagandũ, vt cœlo libero, & multo ſpiritu augeat, attollatque ſe animus. Nam ſiue Græco Poetæ credimus, aliquando & inſanire iucundum eſt: ſiue Platoni, fruſtra poeti-

poeticas fores compos ſui pepulit: ſiue Ariſtoteli, nullum magnum ingenium, ſine mixtura dementiæ fuit.

Nulla re maior inuidia fortunæ, fit quam æquo animo. libr. de conſolatione ad Martiã.

Generoſos animos labor nutrit.

Nomina principium ex ambitione nata.

Animus cui rectus eſt & bonus, quid aliud voces hunc, quàm Deum, in humano corpore hoſpitem? Hic animus tam in equitem Romanum, quàm in libertinum, quàm in ſeruum poteſt cadere quid eſt eques Romanus, aut libertinus, aut ſeruus? nomina ex ambitione, aut ex iniuria nata: ſubſilire in cœlum, & ex angulo licet. Epiſt. 3. lib. 4. Ibid.

Magna pars bonitatis quæ.

Pars magna bonitatis eſt, velle fieri bonum. Epi. 5. lib. 4.

Non eſt huius animus in recto, cuius, acta dictaque diſcordant. Ibid.

Generoſi animi proprietas quæ.

Habet hoc optimum in ſe generoſus animus, quod cõcitatur ad honeſta. Neminem excelſi ingenij virum, humilia delectant & ſordida, magnarum rerum ſpecies ad ſe vocat & extollit. Quemadmodum enim flamma ſurgit in rectũ, iacere ac deprimi non poteſt, non magis quàm quieſcere: Ita noſter animus in motu eſt, eo mobilior & actuoſior, quo vehementior Epi. 4.

 fuerit.

fuerit. Sed fœlix qui ad meliorem frugem hunc impetum dedit.

Epiſt. 1. lib. 7. Effœminat animos amœnitas.

Anima corporis anguſtijs teneri non poteſt.

Epiſt. 6. lib 7. Quemadmodũ aer verbere aut ictu non læditur, nec ſcinditur quidem, ſed circa id cui ceſſit, refunditur: ſic animus qui ex tenuiſſimo conſtat, deprehendi non poteſt, nec intra corpus affligi, ſed beneficio ſubtilitatis ſuæ per ipſa quibus premitur erumpit. quomodo fulmini etiã cùm latiſſimè percuſſit ac fulſit, per exiguũ foramen eſt reditus: ſic animo qui adhuc tenuior eſt igne, per omne corpus fuga eſt.

Epiſt. 8. lib. 8. Quemadmodum artifices ex alicuius rei ſubtilioris intentione, quæ oculos defatigat, ſi malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeũt, & in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos libera luce delectant: Sic animus in hoc triſti & obſcuro domicilio clauſus, quoties poteſt apertum petit, & in rerum naturę contemplatione requieſcit.

Honeſtamentum animi virtus.

Epiſt. 1. lib. 9. Poteſt ex caſa vir magnus exire, poteſt & ex deformi, humilique corpuſculo, formoſus animus ac magnus. Quoſdam itaque videtur mihi in hoc natura tales generare, vt approbet virtu-

virtutem omni loco naſci. Si poſſet per ſe nudos ædere animos feciſſet. Nunc quod amplius eſt facit. Quoſdam enim edit corporibus impeditos, ſed nihilominus perrũpentes obſtantia. Claranus mihi videtur in exẽplar editus, vt ſcire poſſemus, non deformitate corporis fœdari animum: ſed pulchritudine animi corpus ornari.

Animi tranquillitas maxima quæ.

Tranquillitas animi eſt, expulſus erroribus abſoluta libertas. Quæris quæ ſit iſta? Non homines timere, nec turpia velle, nec nimia: in ſeipſum habere maximam poteſtatem. Inæſtimabile bonum eſt, ſuum fieri. Epiſt. 6. li. 10.

Corpus multis eget, animus verò ſeipſe alit.

Corpus multis eget rebus vt valeat: Animus ex ſe creſcit, ſeipſe alit, ſe exercet. Illi multo cibo, multa potione opus eſt, multo oleo, longa denique opera. Tibi continget virtus ſine apparatu, ſine impenſa. Quicquid facere te poteſt bonum, tecum eſt. Quid tibi opus eſt, vt ſis bonus? velle. Quid autem melius poteſt velle, quam eripere te huic ſeruituti, quæ omnes prẽmit, quam mancipia quoque conditionis extremæ, & in his ſordibus natæ omnimodo exuere conãtur: peculiũ ſuum quod cõparauerunt vẽtre Epiſt. 4. li. 11.

fraudato pro capite numerant.

Animus quando inſuperabilis.

Epiſt. 6. li. 11. In inſuperabili loco ſtat animus, qui externa deſeruit : & arce ſe ſua vẽdicat, infra illum omne telũ cadit.

Animus ſapientis qualis eſſe debeat.

Epiſt. 4. li. 14. Talis animus ſapientis viri debet eſſe, qualis Deum deceat. Quid poteſt deſiderare is cui omnia honeſta contingant? Nam ſi poſſunt, aliquid non honeſta cõferre ad optimum ſtatũ, in his erit beata vita, ſine quibus nõ eſt.

Animus humanus ad contemplandum Deum, ſi vitia non deprimunt, creatus.

Ibid. Cuicũque deeſt aliquid ad bonum, malus eſt. Sed ſi cui virtus, animuſque in corpore præſens, hic Deos æquat, illo tendit originis ſuæ memor. Nemo improbè eo conatur aſcendere, vnde deſcenderat. Quid eſt autem, cur nõ exiſtimes in eo diuini aliquid exiſtere, qui Dei pars eſt? Totum hoc quo continemur & vnum eſt, & Deus, & ſocij eius ſumus, & membra. Capax eſt noſter animus, perfertur illo, ſi vitia non deprimant. Quemadmodum corporum noſtrorum habitus erigitur, & ſpectat in cœlum : ita animus, cui inquantum vult licet porrigi. In hoc natura rerum formatus eſt, vt paria Dijs velit: & ſic vtatur ſuis viribus,

ac ſi

ac ſi ſe in ſpatium ſuum extendat, non aliena vi ad ſumma nititur. Magnus erat labor, ire in cœlum. Redit enim cùm hoc iter nactus eſt. Vadit audacter, & contemptor omnium, nec ad pecuniam reſpicit: aurum argentumque illis, in quibus iacuere, tenebris digniſſima. Sit inquam, alicubi poſitas eſſe diuitias quo congeruntur: animum impleri debere, non arcam.

Animus humanus alta petit, nec anxiè curat, etiamſi corpus inſepultum maneat.

Nemo liber eſt qui corpori ſeruit. Nam vt aliquos dominos, quos nimia pro illo ſollicitudo inuenit tranſeas, ipſius moroſum imperium delicatumque eſt. Ab hoc (modo æquo animo exit, modo magno proſilit) nec quis deinde reliquijs eius futurus ſit exitus, quęrit. Sed vt ex barba capillos detonſa negligimus: ita ille diuinus animus egreſſurus hominem, quo receptaculū ſuū conferatur. Ignis illum excludat, an feræ diſtrahant, an terra cōtegat, non magis ad ſe iudicat pertinere, quàm ſecundus ad æditum infantem, vtrū proiectum aues differāt; an conſummatur canibus data præda marinis. Quid ad illū qui tunc quoq; cùm inter homines eſt, nullas minas timet: vllas ne timebit poſt mortē mi- Ibid.

nas eorum, quibus vſq; ad mortem timeri parum eſt? Non cōteret, inquit, me, nec vncus, nec proiecti ad contumeliā cadaueris laceratio, fœda viſuris. Neminem de ſuppremo officio rogo. Nulli reliquias meas cōmēdo. Ne quis inſepultus eſſet, rerum natura proſpicit. Quem ſæuitia proiecit, dies condet. Diſertè Mecœnas ait: Nec tumulum curo, ſepulit natura relictos.

Epiſt. 6. li. 14. Omnium honeſtarum rerum ſemina animi gerunt.

Animus malus omnia ſiniſtrè interpretatur.

Epi. 3. lib. 16. Malus animus omnia in malum vertit, etiam quæ cum ſpecie optimi venerant. Rectus atq; integer corrigit praua fortunæ, & dura atque aſpera feriendi ſcientia, mollit. Idemque & ſecunda grate excipit, modeſteque, & aduerſa conſtanter atque fortiter.

Ante miſerias miſer quis.

Ibid. Calamitoſus eſt animus futuri anxius, & ante miſerias miſer, qui ſollicitus eſt, vt ea quibus delectatur, ad extremum vſque permaneant.

Animo forti fortuna iniquitas nihil nocet.

Ibid. Valentior omni fortuna animus eſt, in vtramque partem ipſe res ſuas ducit, beatæque ac miſeræ vitæ ſibi cauſa eſt.

Animus.

Animus cuiuſque, rex eſt vel tyrannus.

Animus noſter modo rex eſt, modo tyrannus. Rex, cùm honeſta intuetur, ſalutem ſibi commiſſi corporis curat: & nihil imperat turpe, nihil ſordidũ. Vbi verò impotens, cupidus, delicatus eſt, tranſit in nomen deteſtabile ac dirum, & fit tyrannus. Epiſt. 2. li. 20.

Quemadmodũ nihil refert vtrum ægrum in lecto ligneo, aut in aureo colloces, quocunque illum tranſtuleris, morbum ſuum ſecum affert vel transfert: Sic nihil refert, vtrum æger animus in diuitijs vel paupertate ſit. Malum ſuum illum ſequitur. libr. de paupertate.

Contemptus animæ res omnium maxima.

Puſilla res eſt hominis anima, ſed ingens res eſt contẽptus animæ. Hanc qui contempſerit, ſecurus videbit maria perturbari: etiam ſi illa omnes excitauerint vẽti etiam ſi ęſtus aliqua perturbatione mũdi, totum in terras verterit oceanũ. Securus aſpiciet ruptis compagibus dehiſcens ſolum, fulminantis cœli trucem ac horridam faciem. Illa licet inferorum regna retegantur, ſtabit ſuper illam voraginem intrepidus, & fortaſſe quo debet cadere, deſiliet. Quid ad me, quã ſint magna quibus pereo? Ipſum perire non eſt magnum. Proinde ſi volumus Libr. 6. natur. quæſt.

eſſe

eſſe fœlices, ſi nec hominum, nec deorum, nec rerum timore verſari: ſi deſpicere fortunam ſuperuacua promittentem, leuia minantem: ſi volumus tranquillè degere, & ipſis dijs de fœlicitate cõtrouerſiam agere, anima in expedito eſt habenda. Siue illam inſidiæ, ſiue morbi petent, ſiue hoſtium gladij, ſiue inſularum cadentium fragor, ſiue ipſarum ruina terrarum, ſiue vaſta vis igniũ, vrbes agroſq; pari clade cõplexa, quũ libet illi, eã accipiat.

Demetrij memoranda ſententia, præcedenti Senecæ admodum conſona, ex lib. de diuina prouidentia deſumpta.

Demetrij fortiſſimi viri vocem audiſſe me memini. Hoc vnum, inquit. Dij immortales quæri poſſum, quod non ante mihi voluntatem veſtram notam feciſtis. Prior enim ad iſta veniſſem, ad quæ nunc vocatus aſſum. Vultis liberos ſumere? illos vobis offero. Vultis aliquam partem corporis? ſumite. Non rem magnam promitto, cito totum relinquam. Vultis ſpiritum? Quid ni? Nullam moram faciam, quo minus recipiatis, quod dediſtis. A volente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo eſt? maluiſſem offerre, quàm tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuiſtis, ſed ne nũc quidem auferetis: quia nihil eripitur,

niſi

niſi renitēti. Nihil cogor, nihil patior inuitus: nec ſeruio Deo, ſed aſſentio, animamq́ue in expedito habeo.

Animus vereri qui ſcit, ſcit tuto ingredi. In prouerb.

Animo dolēti nihil oportet credere. Ibid.

Coniunctio animi maxima eſt cognatio. Ibid.

Grauis animus dubiam non habet ſententiam. Ibid.

Nihil intereſt quo animo facias, quod feciſſe vitioſum eſt. Nam facta cernuntur, animus non videtur. Ibid.

Æger animus falſa pro veris videt. In Oedipe.

DE AMORE. CAP. XVI.

COnciliari niſi turpi ratione amor turpium non poteſt. Epi. 1. lib. 4.

Amor interdum nociuus.

Amor aliquando nocet. Epi. 6. lib. 4.

Amicus mortuus non eſt anxiè lugendus, quia non amittitur, ſed præmittitur.

Magna pars ex illis quos amauimus, licet ipſos caſus abſtulerit, apud nos manet. Eo autē ęquiore animo eſſe debemus, ꝙ quos amauimus, ſequimur. Quē putamus periјſſe, præmiſſus eſt. Epi. 4. lib. 16.

Panetij de amore cuidam percontanti reſponſum ſcitu digniſſimum.

Sapienti non ſollicitè cuſtodire ſe, tutum eſt, & lachrymas ſuas, & voluptates vbi volet, ſiſtet. Nobis quia non eſt regredi facilè, optimū eſt omnino Epi. 2. lib. 21.

non

non progredi. Eleganter mihi videtur Panetius reſpõdiſſe adoleſcẽtulo cuidam quærenti, An ſapiens amaturus eſſet. De ſapiente, inquit, videbimus mihi & tibi, qui adhuc à ſapiẽte lõgè abſumus, non eſt cõmittendum vt incidamus in rem cõmotam, impotentem: alteri emancipatam, vilem ſibi. Siue enim nos reſpicit, humanitate eius irritamur: ſiue cõtempſit, ſuperbia accendimur. Æquè facilitas erroris, quam difficultas nocet. Facilitate capimur, cũ difficultate certamus. Itaq; cõſcij nobis imbecillitatis noſtrę quieſcamus. Nec vino infirmum animum cõmittamus, nec formæ, nec adulationi, nec vllis rebus blandè trahentibus.

li. 8. declam. Magnus eſt amor qui ex miſericordia venit.

lib. de morib. Amare ſic incipe, tanquam non liceat deſinere.

In prouerb. Amor animi arbitrio ſumitur, non ponitur.

Ibid. Aut amat, aut odit mulier, nihil eſt tertium.

Ibid. Ames parentum ſi æquus eſt, ſi aliter feras.

Ibid. Amans iratus multa mentitur ſibi.

Ibid. Amans quid cupiat, ſcit, quid ſapiat non videt.

Ibid. Amans quod ſuſpicatur vigilans, ſomniat.

Amor

Amor extorqueri non poteſt, elabi poteſt. Ibid.

Ab amante lachrymis redimas iracundiam. Ibid.

Amare & ſapere vix Deo cōceditur. Ibid.

Amare iuueni fructus eſt, crimen ſeni. Ibid.

Amoris vulnus idē qui ſanat, facit. Ibid.

Amor otioſæ cauſa ſollicitudinis. Ibid.

Amor mentis vis eſt maxima, atque
blandus animi calor.

Vis magna mentis, blandus atque animi calor In Octauia.

Amor eſt, iuuenta gignitur luxu, otio
Nutritur inter læta fortunæ bona.

Amor metu caret.

Amor timere neminem verus poteſt. In Medea.

Qui blādiendo dulce nutriuit malum,
Serò recuſat ferre quod ſubijt iugum. In Hippolyto.

DE ARTIBVS. CAP. XVII.

Ars non caſu ad effectum venit.

NOn eſt ars, quæ ad effectum caſu venit. Sapientia ars eſt, certum petat, eligat profecturos: ab his quos deſperauit, recedat, non tamen citò relinquat: & in ipſa deſperatione extrema remedia tentet. Epiſt. 1. lib. 7.

Magni artificis eſt, cluſiſſe totum in exiguo. Epiſt. 2. lib 7.

Interdum quies inquieta eſt. Et ideo ad rerū actus exercitandi, ac tractatione bonarū artium occupādi ſumus, Epiſt. 3. lib. 7.

mus, quoties nos malè habet inertia ſui impatiens.

Ars quid.

Epi. 8. lib. 8. Omnis ars imitatio eſt naturæ.

Liberales artes animum ad virtutem præparant.

Epi. 3. lib. 13. Liberalibus ſtudijs filios erudimus, non quia virtutem dare poſſunt, ſed quia animum ad accipiendam virtutem præparant. Quemadmodum prima illa (vt antiqui vocant) literatura, per quam pueris elementa traduntur, nō docet liberales artes, ſed mox percipiendis locum parat: ſic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, ſed expediunt.

Artium genera ſecundum Poſſidonium quatuor.

Ibid. Quatuor, ait Poſſidonius, artium genera ſunt: vulgares & ſordidæ, ſunt, ludicræ, ſunt pueriles, ſunt liberales. Vulgares opificum, quæ manu conſtant, & ad inſtruendam vitam occupate ſũt: in quibus nulla decoris, nulla honeſti ſimilatio eſt. Ludicræ ſunt, quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. His imperitorum feriuntur oculi: omnia ſubito (quia cauſas non nouere) mirantium. Pueriles ſunt & aliquid habentes liberalibus ſimile, hæ artes quas *Elitſrias* Græci noſtri liberales vocant. Sole autem liberales

erales ſunt, imò (vt dicam verius) liberæ, quibus curæ virtus eſt. Queadmodum, inquit, eſt aliqua pars philoſophiæ naturalis, eſt aliqua moralis, eſt aliqua rationalis: ſic & hic quoque liberalium artium turba locum ſibi in philoſophia vendicat.

Ars eſt bonum fieri: Non enim dat natura virtutem. Epi. 2. lib. 14.

Ira perturbat artem.

Pyrrhum maximum præceptorem certaminis gymnici ſolitum, aiunt, his quos exercebat præcipere, ne iraſcerentur: Ira enim perturbat artem, & qua noceat tantum aſpicit. li. 2. de ira.

Aſſenſio popularis artes vitiat.

Antiquus poeta ait: Laus alterius, non laudationem dicit, quæ corrũpit artes. Nihil enim ęquè & eloquentiã, & omne aliud ſtudium auribus deditum vitiauit, quam popularis aſsẽſio. Epi. 2. lib. 17.

Nulla ars loco diſcitur.

Peregrinatio non facit medicum, non oratorem. Nulla ars loco diſcitur. Quid ergo? ſapientia res omnium maxima in itinere colligitur? Epi. 2. lib. 18.

DE ASSVETVDINE SEV CONSVETVDINE.

CAPVT XVIII.

Aſſuetudini malæ difficilè reſiſtitur.

PRimum facilius eſt excludere pernitioſa, quam regere, & non admittere, li. 1. de ira.

mittere, quàm admiſſa moderari. Nam cùm ſe in poſſeſſione poſuerũt, potentiora rectore ſunt, nec recidi ſe minuiue patiuntur.

Aſſuetudo vincit omnia.

lib. 2. de ira. Nihil eſt tam difficilè & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatio. Nullique ſunt tam feri & ſui iuris affectus, vt non diſciplina perdomentur. Quodcunque ſibi imperauit animus obtinuit. Quidam ne vnquam riderent conſecuti ſunt. Vino quidam, alij Veneri, quidã omni humore interdixére corporibus. Alius contento breui ſomno, vigiliam indefatigabilem extendit: alij didicerunt tenuiſſimis & aduerſis funibus currere, & ingentia vixque humanis tolleranda viribus onera portare, & in immenſam altitudinem mergi, ac ſine vlla reſpirandi vice perpeti maria. Mille ſunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne tranſcendit: oſtenditq; nihil eſſe difficilè, cuius ſibi ipſa mens patientiam indiceret.

Conſuetudo dura mitigat.

li. 1. de tranq. vitæ. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quàm cùm ſciret quibus ærumnis naſceremur, calamitatum mollimentum conſuetudine inuenit, citò in familiaritatem grauiſſima adducens.

ıs. Nemo duraret, ſi rerum ad-
rum eandem vim aſſiduitas ha-
quàm primus ictus.
hil eſt quod non expugnet per- Epiſt. 7. li. 6.
opera, & intenta, ac diligẽs cu-
obora in rectum quamuis flexa,
:abis. Curuatas trabes calor ex-
:, & aliter natæ, in id finguntur,
vſus noſter exigit: quanto ma-
cilius animus accipit formã fle-
s, & omni humore obſequẽtior?
enim aliud eſt animus, quàm
am modo ſe habens ſpiritus? Vi-
:tẽ tãto ſpiritum eſſe faciliorem
alia materia, quãtò tenuior eſt?
hil miſerum eſt, quod in natu- libr. de diuina pro-
:onſuetudo produxit. Paulatim
voluptati ſunt, quæ neceſſitate
runt. uid.
nnia conſuetudine vim ſuam libr. 4. natur. quæſt.
unt.
na conſuetudo excutere debet,
mala inſtruxit. lib. de mo.
ɔnſueta vitia ſerimus, niſi repre-
imus.
ɔnſuetudo peccandi, multitudi- In prouerb.
facit peccantium. Ibidẽ.
n tempus illi fecit ærumnas le- In Thyeſte.
edidiſcit animus ſerò, quod didicit In Troiade.

DE

DE AVARITIA. CAP. XIX.

Auaritia quid deſit.

Libr. 3. benefi. HOc vnum deeſt auaritiæ, vt beneficia ſine ſpōſore non demus.

Libr. 7. benefi. Multi imperatores, fines alijs abſtulerunt, ſibi nemo conſtituit.

Auaritia homines ad omnia ferè pericula, atque incommoda impellit.

Ibid. Quid agis auaritia, quod rerum charitate aurum tuū victum eſt? Volo tuas opes recognoſcere. Laminas vtriuſque materiæ, ad quas cupiditas noſtra caligat. At me hercule terra, quæ quicquid vtile futurum nobis erat protulit, iſta defodit, & merſit, & vt noxijs rebus, ac malo gentium in medium prodituris, toto pondere incubuit. Video ferrum ex ijſdem tenebris eſſe prolatum, quibus aurum & argentum, ne aut inſtrumentum in cædes mutuas deeſſet, aut precium. Et tamen ad hoc iſta aliquam materiam habent, eſt in quo errorem oculorum animus ſubſequi poſſit. Vide iſtic deplomata, & ſyngraphas, & cautiones vacua habendi ſimulachra, vmbra quædam auaritiæ laborantis, per quę decipiant animū, & inanium opinione gaudentem. Quid enim iſta ſunt. Quid fœnus? quid Calendarium, & vſura? niſi humanæ cupiditatis extra

naturam

am quæſita nomina? poſſum de
ı natura quæri, quod aurum, ar-
m non interius abſconderit:
non illis maius quàm quod de-
ɔoſſet, põdus iniecerit. Quid sũt
bulæ, quid computationes, &
: tempus, & ſanguinolentæ cen-
e? Voluntaria mala ex conſtitu-
n oſtra pendẽtia: in quibus nihil
òd ſubijci oculis, quod teneri
poſſit, inanis auaritiæ ſomnia.
èrum ſi quem delectat ſui patri-
liber magnᵒ, & vaſta ſpacia ter-
. colenda per vicos, & immenſi
; pecorum per prouincias ac re-
aſcendi: & familia bellicoſis na-
ıus maior, & ædificia priuata la-
m vrbium magnarum vincẽtia.
ɔene iſta, per quæ diuitias ſuas
ıit ac fudit circũſpexerit, ſuper-
e fecerit: ſi quid habet, ei quod
comparet, pauper eſt.
lli ad aliena reſpicienti, ſua pla- libr. 3. de ira.

Pecunia diſcordiarum fons. Ibid.

ca pecuniam plurimum vocife-
is eſt. Hęc fora defatigat, patres
ſq; committit. Venena miſcet:
ıs tam percuſſoribus, quàm le-
ɔũs tradit. Hæc eſt ſanguine no-
elibuta. Propter hanc vxores,
.que, noctes ſtrepunt litibus,

& tribunalia magiſtratuum premit turba. Reges ſæuiunt rapiuntq; & ciuitates longo ſæculorum labore conſtructas euertunt, vt autem argẽtumque in cinere vrbium ſcrutentur.

lib. 1. de clemẽtia. ad Neronẽ.

Cupiditas ſemper famem ſui habet.

Facit auidos nimia fœlicitas: nec tam temperatæ cupiditates ſunt vnquam, vt in eo quod cõtingit, deſinãt.

Auarus animus nullo ſatiatur lucro.

Epiſt. 6. li. 14.

Natura ea quæ nocent, abſcondit.

Ibid.

Nihil natura quod auaritiam noſtram irritaret, poſuit in aperto. Pedibus aurum & argentum ſubiecit, calcãdumq; ac premendũ dedit: & quicquid eſt propter ꝙ calcamur ac premimur. Illa vultus noſtros erexit in cœlum, & quicquid magnificũ mirificumq; fecerat, videri à ſuſpicientibus voluit. Hæc ſupra nos natura diſpoſuit. Aurũ quidem & argentũ: & propter iſta nunquã pacẽ agẽs ferrũ, quaſi malè nobis cõmitterentur, abſcõdit.

Epiſt. 1. lib. 15.

Auarus vultur.

Vultur eſt, cadauer expectat.

Epiſt. 3. li. 16.

Habere eripitur, habuiſſe nunquã.

Auaro omnia deſunt.

Epiſt. 1. li. 19.

Deſunt inopiæ multa, auaritię omnia.

Auarus ſibi peſſimus.

Ibid.

In nullum auarus bonus eſt, in ſe peſſimus.

Is mi-

s minimo eget, qui minimũ cupit. Quod vult habet, qui velle quod s eſt, poteſt.

Auaritia nunquam eſt ſine pœna.

ulla auaritia ſine pœna eſt, quãuis ſit pœnarum ipſa. O quantum lamarum, ô quantum laborum exi- Quàm miſera deſideratis, quàm ra partis eſt. Adijce quotidianas itudines, quæ pro modo habendi nq; diſcrutiant. Maiore tormen- cunia poſſidetur, quã quæritur. ntum damnis ingemiſcunt, quæ gna incidunt, & maiora videtur, iq; vt nihil illis fortuna detrahat, quid non acquiritur, dãnum eſt. elicem illum homines & diuitem nt, & conſequi optant, quantum oſſidet. Fateor. Quid ergo? Tu ille conditionis peioris exiſtimas, qui habet & miſeriam & inui- ? Vtinam homines petituri cum tioſis, vtinam qui diuitias optaſſent, cum diuitibus deliberarẽt, mum adeptis dignitatis ſtatũ, ctò vota mutaſſẽt. Cùm interim ua ſuſcipiunt, cùm priora damint. Nemo enim eſt cui fœlicia, etiam ſi curſu venit, ſatisfacit. r inuolutum auaritia, quicquid bus abſtulit, ſibijpſi negat. Epiſt. 1. li. 21. Libr 1. natur. quæſt.

uari hominis inquietudo ingens.

Libr. 5. natur. quæſt. Nulli mortuo terra tam grauis eſt, quam iſtis ſupra quos auaritia ingens terrarum pondus iniecit: quibus abſtulit cœlum, quos in imo illud malum, vbi virus latitat, infodit.

Auaritia mulieribus innata.

li. 2. declam. Muliebrium vitiorum fundamentum auaritia eſt.

lib. 3. cõtrouerſ. Quiſquis es auarus pecuniæ cuſtos immenſæ, cultor Syllæ, cùm multa quæſieris, poteris ne omnibus frui?

Auaris omnia deſunt.

lib. 4. cõtrouerſ. Caſſius Seuerus ſummis Publij amator aiebat: Nullum verſum poſſe inueniri meliorem, quàm hunc: Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet.

Auaritia ſenilis, monſtro ſimilis eſt.

lib. de moribus. Monſtro ſimilis eſt, auaritia ſenilis. Quid enim ſtultius eſt quod dici ſolet quam via deficiente viaticum augere.

Ibid. Quæ eſt maxima egeſtas? auaritia. Auarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ.

Ibid. Auarum facilè capies, vbi non ſis idem.

In prouer. Auarus niſi cum moritur, nil rectè facit.

Ibid. Auar⁹ dãno potius quã ſapiẽs dolet.

Ibid. Auaro quid mali optes? niſi vt viuat diu.

Ibid. Negandi cauſa auaro nunquam deficit.

DE

E AVXILIO. CAP. XX.

Bonus vir omnibus ſubuenit.

Pus tuum perage, & partes boni viri exequere. Alium re, alium alium gratia aliũ conſilio, alium eptis ſalutaribus adiuua. Libr. 1. benefi.

ıxilium, eſt principale tributum. lib. 2. benefi.

ıbet in aduerſis auxilia, qui com- at in ſecundis. In pro- uer.

E AVLA. CAP. XXI.

ula in ſublimi fraudes, & ſcelera maximè regnant.

Raus ſublimi regnat in aula. In Hip- polyto.

Vt nemo doceat fraudis & ſce- viam, Regnum docebit. Idem in Thy- eſte.

BEATITVDINE. CAP. XXII.

Beatus quis ſit.

cui bona ſua videntur ampliſſi- a licet totius mũdi dominus ſit, n miſer eſt, qui ſe non beatiſſi- iudicat, licet imperet mundo. l enim refert qualis ſtatus tuus tibi videtur malus? Non eſt bea- qui ſe non beatum eſſe putat. Epi 9. lib. 1.

phiſmata nec ignoranti nocent, ientem iuuant. Si vis vtique ver- m ambiguitates diducere, hoc oce: beatum nõ eum eſſe, quem s appellat, ad quẽ pecunia ma- onfluxit: ſed illũ cui bonũ omne imo eſt erectum, & excelſum, & Epi 7. lib. 6.

mirabilia calcantem. Qui neminem videt cum quo ſe commutatum velit. Qui hominem ea ſola parte æſtimat, qua homo eſt. Qui natura magiſtra vtitur, & ad illius leges componitur. Sic viuit, quomodo illa præſcripſit, cui bona ſua nulla vis excutit: qui mala in bonum vertit: certus iudicij, inconcuſſus, intrepidus: quem aliqua vis mouet, nulla perturbat: quem fortuna cùm in eum quod habuit telum nocentiſſimum, vi maxima intorſit, pungit, non vulnerat, & hoc rarò.

Epiſt. 4. l. 14. Is beatus eſt, quem nulla res minorem facit: tenet ſumma, & ne vlli quidē, niſi ſibi innixus. Nam qui aliquo auxilio ſuſtinetur, poteſt cadere.

Ibid. Beata vita non poteſt reſcindi, nec remitti quidem: & ideo virtus ad illam per ſeipſa ſatis eſt.

Epiſt. 5. li. 15. Beata vita conſtat ex actionibus rectis.

Epiſt. 3. li. 19. Turpè eſt beatam vitam in auro & argento reponere.

Epiſt. 5. lib. 21. Quemadmodum omnis ſcientia, atq; ars aliquid debet habere manifeſtum, ſenſuq; comprehenſum, ex quo oriatur & creſcat: Sic beata vita fundamētum & initium à manifeſtis ducit, & eo quod ſub ſenſum cadit.

Homo quando perfectè beatus & fœlix.

Tunc

ınc beatum eſſe te iudica, dum Ibid.
,audium omne naſcetur. Cùm in
uę homines eripiunt, optant, cu-
ınt, nihil inueneris, non dico
malis, ſed quod velis. Breuem
ormulam dabo, qua te metiaris,
erfectum eſſe iam ſentias: Tunc
ɔis tuum bonum, cùm intelliges
liciſſimos eſſe fœlices.

DE BELLO.

CAP. XXIII.

Vlta reges in bello præſertim, Libr. 4.
opertis oculis donant. benef.

Ira vbique exoſa.

ı nec in pace, nec in bello vnquã lib. 1.
fuit. Pacem enim ſimilem belli de ira.
:in armis verò obliuiſcitur mor-
ſſe communem, venitque in a-
m poteſtatem, dum in ſua non
on eſt itaq; vtilis, nec in prælijs
em, aut in bellis ira. In temerita-
nim prona eſt, & pericula, dum
e vult, non cauet.

rra marique humana opera ceſ- Lib. 7.
t, niſi malè ruentia iterum tem- benef.
ibuiſſet.

Ira perturbat artem.

rrhum maximum præceptorem li. 2. de
minis gymnici ſolitum, aiũt, his ira.
exercebat præcipere, ne iraſce-
r, Ira enim perturbat artem: &
oceat, tantum aſpicit.

ε belli mala propone, dubias Mar- In Thebaide.
tis incerti vices.
t omne tecum regis robur trahas,
t arma lōgè miles, ac latè explicet,
una belli ſemper ancipiti in loco eſt.
ido belli creuit, atque auri fames In Octauia.
os redundat, ſeculo premimur graui
io ſcelera regnant, ſæuit impietas
furens, &c.

le in titulo de luxuria circa finē.

BENEFICENTIA SEV
NEFICIO CAP. XXIV.

ficium ſi quando alicui impendere.
volumus, citò præſtemus.

Eddit beneficium, qui libenter Libr. 1. benefi.
debet. Nemo autem libēter de-
eddere, quod non accepit, ſed ex-
it. Gratus aduerſus eū quiſquam
poteſt, qui beneficium, aut ſuper-
iecit, aut iratus impegit, aut fati-
is, vt moleſtia careret, dedit? Errat
iis ſperat reſponſurum ſibi, quem
tione laſſauit, expectatione torſit.
lem animo beneficiū debetur, quo
ur, & ideo nō eſt negligēter dandū.
c tardè quidem, quia in omni offi-
magni ęſtimatur dantis voluntas.
n eſt autem ꝙ tardiores nos faciat
bene merendū, turba ingratorum.

Beneficium gratis præſtandum.

Dignus eſt decipi, qui de recipien- Ibid.
cogitauit, cùm daret.

Magni animi, & boni proprium eſt: non fructum beneficiorum ſequi, ſed ipſa, & poſt malos quoque bonum quærere.

Malim non recipere beneficia, quã non dare grato: quia qui non dat, vitium ingrati antecedit, qui beneficium non reddit, non magis peccat, quàm qui non dat citius.

Remuneratio ex beneficijs non anxiè expectanda.

Ibid. Beneficium in vulgus cum largiri inſtitueris, remunerationem muneris non expecta. Perdenda ſunt multa, vt ſemel ponas bene: quia vno bene poſito beneficio, multorum amiſſorum damna ſolatur.

Nemo beneficia in Calendario ſcribit.

Turpis fœneratio eſt, beneficium expenſum ferre.

Is perdidit, qui citò ſe perdidiſſe credit. At qui inſtat, & onerat priora ſequentibus, etiam ex duro & immemori pectore gratiam extundit.

Contentio honeſtiſſima quæ.

Ibid. Honeſtiſſima contentio beneficijs beneficia vincẽdi. Sic nos adhortatur Chryſippus, vt dicat verẽdum eſſe, ne quia Charites Iouis filiæ ſunt, putemus certè paruum ingerere ſacrilegium, ſi tam bellis puellis fiat iniuria.

Beneficiũ non ex re, ſed ex voluntate pẽdet.

Non

Non poteſt beneficium manu tan- Ibid.
ſed animo geritur. Multũ intereſt
:r materiam beneficij, & benefici-
. Itaq; nec aurum, nec argentum,
quicquam eorum quę à proximis
ipiuntur, beneficium eſt, ſed ipſa
uendi voluntas. Imperiti autem
juod oculis incurrit, & quod tra-
ır, poſſideturque, ſolum notant:
trà, illud quod in re charum, atq;
tioſum eſt, paruipendunt. Hæc
e tenemus, quæ aſpicimus, in qui-
cupiditas noſtra hæret, caduca
t. Auferre ea nobis & fortuna, &
ıria poteſt. Beneficium vero etiam
iſſo eo per quod datum eſt, durat.
enim rectè factum, quod irritum
la vis efficit.

Beneficium quid.

Quid eſt beneficium? Beneuola a-
), tribuens gaudium, capienſque Ibid.
ouendo, in id, quod facit, prona &
ınte ſua parata.

Beneficium in quo conſiſtat.

Beneficium non in eo quod fit, aut Ibid.
tur, conſiſtit: ſed in ipſo dantis aut
ientis animo.

Socrati cùm multa multi pro ſuis
iſq; facultatibus offerrent, Æſchy-
s pauper auditor: Nihil, inquit, di-
um te, ꝙ dare tibi poſſim, inuenio:
hoc vno modo pauperem me eſſe

 ſentio.

ſentio. Itaque dono tibi quod vnum habeo, meipſum. Hoc munus rogo qualecunque eſt boni conſulas: cogiteſque alios cùm multum tibi darêt, plus ſibi reliquiſſe. Cui Socrates: quid ni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, niſi fortè paruo te æſtimas? Habebo itaque curæ, vt te meliorem tibi reddam, quàm accepi. Vicit Æſchynes hoc munere Alcibiadis parem diuitijs animum: & omniũ iuuenum opulentorum munificentiam.

Omne rarum, charum.

Ibid. Beneficium quod quibuſlibet datur ingratum eſt. Quod voles gratum eſſe, rarò effice.

Beneficium accepiſſe quando iuuerit.

Ibid. Tunc iuuat accepiſſe beneficiũ, & ſupinis quidem manibus, vbi illud ratio ad dignos perducit: non quod quilibet caſus & conſilij indigens impetus differt, quod oſtentare libet, & inſcribere ſibi.

Cuius vile eſt iudicium, huius ingratum eſt & beneficium.

Ibid. Chryſippus Panſienus ſolebat dicere, quorundam ſe iudicium malle, quàm beneficium: & quorundam beneficium malle, quàm iudicium, & ſubijciebat exempla: Malo, aiebat, Diui Auguſti iudicium: malo Claudij beneficium: Ego verò nullius puto

expo-

ēdum eſſe beneficium, cuius vile ũ eſt. Non eſt enim beneficium, eſt pars optima, datũ eſſe iudi- lioquin pecunia ingens ſine ra- , nec recta volũtate donata: non s beneficiũ eſt, quàm theſaurus.

ficium libenter & citò præſtandum.

gratum eſt beneficium, quod diu manus dantis hæſit: quod quis amittere viſus eſt, & ... dare, uam ſi ſibi raperet. Proximus eſt m neganti, qui dubitauit, nul- que meretur gratiam. Nam cùm neficio iucundiſſima ſit tribuen- oluntas, qui nolentem ſe tribuiſ- pſa cunctatione teſtatus eſt: non t, ſed aduerſus ducentem, malè it. Multi autem ſunt, quos libe- s facit frontis infirmitas. Gratiſſi- ſunt beneficia, parata, facilè oc- entia: vbi nulla mora fuit, niſi in pientis verecundia. Libr. 2. benefi.

ficium precibus emptum magni cõſtat.

Non tulit gratis, qui cùm rogaſſet, epit: quoniam quidem vt maiori- noſtris grauiſſimis viris viſum eſt: lla res carius conſtat, quam quæ cibus empta eſt. Ibid.

Moleſtum verbum eſt, Rogo.

Moleſtum verbum eſt & oneroſum, demiſſo vultu dicendum. Rogo, hu- faciendá eſt gratia amico, & cui- Ibid.

cunque,quem amicum ſis promerendo facturus.Properet licet,ſero beneficium dedit, qui roganti dedit.

Bis dat, qui cito dat.

Ibid. Illud beneficium iucundum,victurumque in animo ſcias,quod obuiam venit.

Quemadmodum in ęgris opportunitas cibi ſalutaris eſt,& aqua tempeſtiuè data remedij locũ obtinuit: ita quamuis leue & vulgare beneficium ſit, ſi præſto fuerit,ſi proximam quãque horam non perdidit,multum ſibi adijcit: gratiamq; prætioſi,ſed lenti, & diu cogitati muneris vincit.

Tarditas demptrix beneficij.

Ibidẽ. Lenta beneficia ſunt. Quare veriſſimum exiſtima, quod ille Comicus dixit:Quid tu non intelligis, tantum te gratiæ demere,quantum moræ adijcis? Inde ille voces, quas ingenuus dolor exprimit: Fac cito,ſi quid facis. Omnis benignitas properat:& propriũ eſt libenter faciẽtis, cito facere. Tardè velle, nolentis eſt.

Dantis beneficij cura maxima qua.

Ibid. Hæc curæ habebis,ſi gratè æſtimari quæ præſtabis voles, vt beneficia tua illibata & integra ad eos, quibus promiſſa ſunt, perueniant, ſine vlla, quod aiunt, deductione. Nemo illa intercipiat, nemo detineat.

Panis

Panis lapidoſus beneficiũ procaciter datũ.

Fabius Verucoſus beneficium ab homine duro aſperè datũ, panem lapidoſum vocabat: quem eſurienti accipere neceſſarium ſit, eſſe acerbum. Ibid.

Beneficium non eſt, cuius ſine rubore meminiſſe non poſſum.

Arceſilaus ita amico ſubuenit, vt à quo acceperit, neſcierit.

Arceſilaus, vt aiunt, amico pauperi, & paupertatem ſuã diſſimulãti, ægro autem, & ne hoc quidem confitenti, deeſſe ſibi in ſumptum ad neceſſarios vſus, cùm clam ſuccurrendum iudicaſſet, puluino eius ignoranti ſacculũ ſubiecit, vt homo inutiliter verecundus, q̃ deſiderabat, inueniret potius, quam acciperet. Ibid.

Lex beneficij quæ. Ibid.

Hæc beneficij inter duos lex eſt, Alter ſtatim obliuiſci debet dati, alter accepti nunquam.

Qui dedit beneficium taceat: narret qui accepit. Res loquentur, nobis tacentibus.

Beneficium ingratum quando.

Graue tormentum eſt debere, cui nolis. Contrà, iucundiſſimum eſt ab eo accepiſſe beneficium, quem amare etiam poſt iniuriam poſſis. Ibid.

Non videtur dediſſe beneficium, qui malo animo profuit. Caſus enim, non beneficium eſt hominis iniuria.

Qui gratè benificium accipit, primam eius penſionem ſoluit.

Beneficij accepti memor eſto.

lib. 2. beneſi. Qui gratus futurus eſt, ſtatim dum accepit, de reddendo cogitat.

Beneficium qui dat, vult excipi gratè.

Vis reddere beneficium? Benignè accipe. Retuliſti gratiam, non vt ſoluiſſe te putes, ſed vt ſecurior debeas.

Hoc eſt Paradoxis Stoicę ſectæ minimè mirabile, vt mea fert opinio, aut incredibile eſt: eum qui libenter accepit, beneficium reddidiſſe.

Gratiarum actio.

lib. 3. beneſi. Non referre beneficijs gratiam, & eſt turpe, & apud omnes habetur.

Beneficij perditio.

Ibid. Primum omnium pars optima beneficij perijt, ſi actio, ſicut certæ pecuniæ, aut ex conducto, aut ex locato datur.

Beneficium quid.

Ibid. Beneficium eſt donata poſſeſſio, cuius fertilitas laxare poſſit annonam. Beneficium eſt, vnus in famem panis. Beneficium eſt, donare regiones, per quas multa flumina & nauigabilia decurrant. Beneficium eſt arentibus ſiti, & vix ſpiritum per ſiccas fauces ducentibus mõſtrare fontem.

Beneficia probatione carent.

Maxi-

Maxima beneficia probationem non habent. Ibid.

Generoſi animi eſt, prodeſſe multis.

Generoſi animi eſt, & magnifici iuuare & prodeſſe. Ibid.

Qui dant beneficia, Deum imitantur, qui repetit fœneratores.

Beneficium quando quaſtus.

Iſtud non eſt beneficium, ſed fœnus, circumſpicere non vbi optimè ponas: ſed vbi quęſtuoſiſſimè habeas, vnde facillimè tollas. lib. 4. benef.

Beneficia ingratis non præſtanda.

Quomodo dementiſſimè teſtabitur, qui tutorem filio reliquerit pupillorum ſpoliatorem: ſic peſſimè beneficia dare dicetur, quicũque ingratos eligit, in quos peritura conferat. Ibid.

Dixit Socrates ſe nolle beneficia ab eo accipere, cui nõ poſſet paria reddere. lib. 5. benef.

Beneficium eius commodum ſpectat cui præſtatur, non noſtrum: alioquin nobis illud damus. lib. 4. benefic.

Vt gloria fugientes magis ac magis ſequitur: ita fructus beneficiorum gratius reſpõdet illis, per quos etiam ingratos eſſe licet. lib. 5. benef.

Alexander Macedonum rex gloriati ſolebat, à nullo ſe beneficijs victũ.

Dixit Socrates ſe nolle beneficia ab eo accipere, cui nõ poſſet paria reddere.

Qui nimis de beneficio reddendo lib. 5.

cogi-

benefi. cogitat, nimis cogitare alterum de recipiendo putat.

Ibid. Pœnitet accepti beneficij, quem nondum redditi piget.

lib. 7. *Iactantia in rebus bonis fugienda.*

benefi. Quidam beneficium quod dederunt, omnibus circulis narrant. Hoc ſobrij loquuntur, hoc ebrij non continent, hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt.

Beneficium accipito placidè, plenè, & laudare memento.

Epi. 5. lib. 11. Errat ſi quis beneficium libentius accipit, quàm reddit. Quãtò hilarior eſt qui ſoluit, quàm qui mutuatur: tantò debet lætior eſſe, qui ſe maximo ære alieno accepti beneficij exonerat, quam qui cùm maximè obligatur. Nam in hoc quoque falluntur ingrati, quod creditori, quidẽ præter ſortem extra ordinem numerant. Beneficiorum autẽ vſum eſſe gratuitum putant, & illa creſcunt mora. Tantoque plus ſoluendum eſt, quanto tardius. Ingratus eſt, qui beneficium reddit ſine vſura. Itaque huius quoq; rei habebitur ratio, cùm conferentur accepta & expenſa: omnia faciẽda ſunt, vt quàm gratiſſimi ſimus.

Mors beneficium eſt naturæ.

Epi. 1. lib. 17. Magnum beneficium eſt naturæ, quod neceſſe eſt mori.

Benefi-

Beneficium quid.

Beneficium eſt, quod totum eius cauſa præſtatur, in quẽ confertur. Vbi aliquis ex eo quod ſperat, aut impetrat: non beneficium, ſed conſiliũ eſt. li. 9. declam.

Magnum beneficium, dum damus, recipimus. Ibid.

Egregium dictum pro non potente taliomem reddere, cum tamen magnopere cupiat.

Non quiſquis non reddit beneficium ingratus tenetur: animus æſtimandus eſt non reddẽtis. Apparet autem ingratum eſſe, qui ne fatetur quidem ſe accepiſſe beneficium. li. 3 cõtrouerſ.

Non eſt beneficium, ſed officium facere quod debeas. Ibid.

Manus manum lauat. lib. de morte Claudij.

Bis eſt gratum quod opus eſt, vltrò ſi offeras.

Beneficium accipere, libertatem vendere eſt. In prouerb.

Beneficium ſæpe dare, docere eſt reddere. Ibid.

Beneficiũ ſe dediſſe qui dicit petit. Ibid.

Beneficium eſt eo carere, quod inuitus poſſideas. Ibid.

Beneficium eſt, ſemper reddere bonitatis verba.

Beneficium dignis vbi des, omnes obligas. Ibid.

DE

DE BONO ET BONITATE. CAP. XXV.

Bona animi quæ.

Lib. de beata vita ad Gall. SVmmum bonum eſt animus fortuita deſpiciens: virtute lætus, aut inuicta vis animi, perita rerum: placida in actu, cum humanitate multa, & conuerſantium cura.

Otium ſine actu virtutum damnabile.

Ibid. Quomodo res appetere ſine vllo virtutum amore, & ſine cultū ingenij ac nudas edere operas, minimè probabile eſt: ſic imperfectum & languidum bonum eſt, in otium ſine actu proiecta virtus, nunquam id quod didicit oſtendens.

Meliora raro placent pluribus.

Ibid. Non tam bene cum rebus humanis geritur, vt meliora pluribus placent.

Præſentia omnia fluxa.

libr. de cōſola. Eſt melius diſceſſura nobis bona, quam nulla contingere. Nulli ferè & magna bona & diuturna contingunt. Non durat, nec ad vltimum exit, niſi lenta fœlicitas.

Omne rarum charum.

Epi. 7. lib. 5. Vir bonus tanquam Phœnix ſemel anno quingēteſimo naſcitur. Nec eſt mirum ex interuallo magna generari. Mediocria & in turbam naſcentia, ſæpe fortuna producit: eximia verò, ipſa raritate commendat.

Sæpe

Sæpe maximum precium eſt, pro quo nullum datur. Ibid.

Summum hominis bonum non conſiſtit in carne.

Non eſt ſumma fœlicitatis noſtræ in carne ponenda. Bona illa ſunt vera quæ ratio dat ſolida ac ſempiterna: quæ cadere non poſſunt, nec decreſcere quidem aut minui. Cætera opinione bona ſunt, & nomen quidem habent commune cum veris, proprietas in illis boni non eſt. Epiſt. 5. li. 10.

Bono ſuo conſtant omnia.

Omnia ſuo bono conſtant, vitem fertilitas commēdat, & ſapor vinum, velocitas ſeruū. Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonum eſt, cætera illi cum animalibus communia ſunt. Epi. 7. lib. 10.

Hominis bonum præcipuum ratio.

Regula non quàm formoſa, ſed quàm recta ſit quæritur: eo quiſque laudatur, cui comparatur quod illi proprium eſt. Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum aret, quantum fœneret, à quam multis ſalutetur, quam precioſo incumbat lecto, quam perlucido poculo bibat, ſed quam bonus ſit. Bonus autem eſt, ſi ratio explicita & recta eſt, & ad naturæ ſuę voluntatem accõmodata. Hęc vocatur virtus, hoc eſt honeſtum, & vnicum hominis bonū. Nam cum Ibid.

ſola

ſola ratio perficiat hominem, ſola ratio perfecta beatum facit. Hoc autem vnum hominis bonum eſt, quo vno beatus efficitur.

Epi. 2. lib. 13. Quod bonum eſt bonos facit.

Commodum & bonum in ſe differunt.

Ibid. Alia eſt cōmodorum conditio, alia bonorum. Commodum eſt, quod plus vſus habet, quàm moleſtiæ. Bonum ſyncerum eſſe debet, & ab omni parte innoxium. Non eſt ideo bonum, quod plus prodeſt, ſed quod tantum prodeſt. Præterea commodum & ad animalia pertinet, & ad imperfectos homines, & ſtultos.

Bonum ſolidum quod.

Epiſt. 4. li. 14. Id vnum bonum eſt quod nūquam de fringuntur. Is inquam beatus eſt, quem nulla res minorem facit: tenet ſumma, & ne vlli quidem niſi ſibi innixus. Nam qui aliquo auxilio ſuſtinetur, poteſt cadere.

Malus quis.

Ibid. Cuicunque deeſt aliquid ad bonum, malus eſt.

Epiſt. 3. li. 16. Mortale eſt (ait Methodorus in ea epiſtola, qua ſororem, amiſſo optimæ indolis filio, alloquitur) omnium mortalium bonum. De his loquitur bonis, ad quæ concurritur. Nam illud verum bonum non moritur: certum eſt, ſempiternumque ſapientia & virtus.

tus. Hoc vnum contingit immortale mortalibus.

Diffinitio boni.

Quid ſit bonum quæramus. Quidam ita diffiniunt: Bonum eſt quod inuitat animos, quod ad ſe vocat. Quidam ita diffinierunt: Bonum eſt, quod ad petitionem ſui mouet, vel quod impetum animi tendentis ad ſe mouet. Quidam ſic: Bonum eſt quod impetum animi ſecundum naturam mouet. Epiſt. 4. li. 21.

Honeſtum eſt perfectum bonum, quo beata vita completur. Ibid.

Nihil nobis bonum videri debet, quo quis & malè vti poteſt. Epiſt. 1. li. 22.

Nemo eſt caſu bonus, diſcenda virtus eſt. Epiſt. 4. li. 22.

Bonum in nullo, niſi in quo ratio.

Quemadmodum omnis natura bonum ſuum, niſi conſummata non profert: Ita hominis bonũ non eſſe in homine, niſi cũ in illo ratio perfecta eſt. Epiſt. 5. li. 24.

Bona bonis non nocent.

Aduerſus optimos optimus ſis, neque enim natura patitur, vt vnquam bona bonis noceant. libr. de diuina prouid. cap. 1.

Nullum bonum adiuuat habentem, niſi ad cuius amiſſionem præparatus eſt animus. libr. de paupertate.

Bonum ſi ſupprimitur, nequaquam extinguitur.

Bona

In prouerb. Bona opinio homini tutior eſt pecunia.

Ibid. Bonorũ crimen eſt officioſus miſer.

Ibid. Bona quæ veniunt, niſi ſuſtineantur cadunt vt opprimant.

Ibid. Bona comparat præſidia, miſericordia.

Ibid. Bonum eſt reddere bona verba etiam inimicis.

DE CALAMITATE.

CAPVT XXVI.

In prouer. AD calamitatem quilibet rumor valet.

Ibid. Fœlix improbitas, optimorum eſt calamitas.

Ibid. Irritare eſt calamitatem, cùm te fœlicem vocaueris.

DE CLEMENTIA.

CAP. XXVII.

Clementia virtus omnibus conueniens præcipuè principibus.

li. 1. de clemẽtia. NVllam ex omnibus virtutibus magis homini conuenire ſcimus, quàm clementiam, cùm ſit nulla humanior. Nullum tamen clementia ex omnibus magis quam regem ac principem decet.

Ibid. Clementia in quãcunque domum peruenerit, eam fœlicem tranquillamq; præſtabit. Sed in regia, quo rarior, eo mirabilior.

Hæc clementia principem decet, vt quo-

quocunque venerit; manſuetoria omnia faciat.

Clementia maxima qua.

Quemadmodum non eſt magni animi, qui de alieno liberalis eſt, ſed ille qui quod alteri donat, ſibi detrahit. Ita clementem vocabo, non in alieno dolore facilē, ſed eum qui cum ſuis ſtimulis exagitetur, non proſilit. Qui intelligit magni animi eſſe iniurias in ſumma potētia pati, nec quicquam eſſe glorioſius principe impunè læſo. Ibid.

Verecundiam peccandi, facit ipſa clementia regentis. Ibid.

Clementia diffinitio.

Clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi, vel lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem in conſtituendis pœnis. li. 2. de clemētia.

Clementia principibus prima virtus.

Nihil quicquā pulchrius exiſtimo faſtigió collocatis, quam multarum rerum veniam dare, & nullius petere. libr. de cōſola.

Principes pietate, & iuſtitia Dij fiūt. lib. de quatu. virtuti.

Haud minus turpia ſunt principi multa ſupplicia, quam medico multa funera. In prouerb.

Laxa crudelitas, non eſt vocanda clementia. Ibid.

Clementia, timoris maximum remedium eſt.

In Octauia. Magnum timoris remedium clementia.

DE COELO. CAP. XXVIII.

In Hercule furēte. COElum ardua acquiritur via. Non eſt ad aſtra mollis è terris via.

DE CONFESSIONE. CAP. XXIX.

Sanæ mentis inditium, confiteri peccatum.

GRauis ſopor etiam ſomnia extinguit, animumque altius mergit, quàm vt vti vllo intellecto ſui poſſit. Quare vitia ſua cōfitetur, quia etiam nunc in illis eſt. Somnium narrare vigilantis eſt: & vitia ſua confiteri ſanitatis indicium.

Epiſt. 6. lib. 1. Hoc ipſum argumentum in melius tranſlati animi eſt, quod vitia ſua quæ adhuc ignorabat, videt.

Epiſt. 9. lib. 3. Initium eſt ſalutis, ait Epicurus, notitia peccati.

Conſcientiæ vox confeſſio.

li. 8. declam. Confeſſio cōſcientiæ vox eſt. Confeſſio coacti, & quæ fecit, agnoſcentis verbum eſt.

Libr. 6. cōtrouerſ. *Qui tacet conſentire videtur.*

Silentium videtur confeſſio.

DE

DE CONTVMELIA.

CAP. XXX.

Diogenis patientia in ſufferendis iniurijs fuit maxima.

COntumeliam tibi fecit aliquis? Nunquid maiorem quā Diogeni Philoſopho ſtoico? cui de ira maximè diſſerenti, adoleſcens proteruus inſpuit: tulit hoc leuiter & ſapienter. Non quidem, inquit, iraſcor, ſed dubito tamen an iraſci oporteat. Quāto videtur melius: cui cùm cauſam agēti in frōtem mediam quantum poterat, attracta pingui ſaliua, inſpuiſſet. Lentulus ille patrū noſtrorum memoria factioſus & impotēs, abſterſit faciem: & affirmabo, inquit omnibus Lentule falli eos, qui te negant os habere. Libr. 3. de ira.

Feriunt ſummos fulgura montes.

Sic animo æquiore feret ab aliquo quis lædi, ab aliquo cōtemni, cuicunque venerit in mentem, nullam eſſe tantam potentiam, in quam non incurrat iniuria. Ibid.

Æquiore animo filium in angulo fleuit, qui vidit acerba funera, etiam ex regia duci. Ibid.

Peſſimi eſt debitoris, creditori facere conuitium. libr. de cōſol. ad Mar.

Ariſtidis feſtiuus iocus.

Nemo ab alio, niſi à ſe contemptus eſt. Humilis & proiectus animus ſit

In Octauia. Magnum timoris remedium clementia.

DE COELO. CAP. XXVIII.

In Hercule furẽte. COElum ardua acquiritur via. Non eſt ad aſtra mollis è terris via.

DE CONFESSIONE. CAP. XXIX.

Sanæ mentis inditium, confiteri peccatum.

GRauis ſopor etiam ſomnia extinguit, animumque altius mergit, quàm vt vti vllo intellecto ſui poſſit. Quare vitia ſua cõfitetur, quia etiam nunc in illis eſt. Somnium narrare vigilantis eſt: & vitia ſua confiteri ſanitatis indicium.

Epiſt. 6. lib. 1. Hoc ipſum argumentum in melius tranſlati animi eſt, quod vitia ſua quæ adhuc ignorabat, videt.

Epiſt. 9. lib. 3. Initium eſt ſalutis, ait Epicurus, notitia peccati.

Conſcientiæ vox confeſſio.

li. 8. declam. Confeſſio cõſcientiæ vox eſt. Confeſſio coacti, & quæ fecit, agnoſcentis verbum eſt.

Libr. 6. cõtrouerſ. *Qui tacet conſentire videtur.*

Silentium videtur confeſſio.

DE

DE CONTVMELIA.

CAP. XXX.

Diogenis patientia in ſufferendis iniurijs fuit maxima.

CONtumeliam tibi fecit aliquis? Nunquid maiorem quã Diogeni Philoſopho ſtoico? cui de ira maximè diſſerenti, adoleſcens proteruus inſpuit: tulit hoc leuiter & ſapienter. Non quidem, inquit, iraſcor, ſed dubito tamen an iraſci oporteat. Quãto videtur melius: cui cùm cauſam agẽti in frõtem mediam quantum poterat, attracta pingui ſaliua, inſpuiſſet. Lentulus ille patrũ noſtrorum memoria factioſus & impotẽs, abſterſit faciem: & affirmabo, inquit omnibus Lentule falli eos, qui te negant os habere. Libr. 3. de ira.

Feriunt ſummos fulgura montes.

Sic animo æquiore feret ab aliquo quis lædi, ab aliquo cõtemni, cuicunque venerit in mentem, nullam eſſe tantam potentiam, in quam non incurrat iniuria. Ibid.

Æquiore animo filium in angulo fleuit, qui vidit acerba funera, etiam ex regia duci. Ibid.

Peſſimi eſt debitoris, creditori facere conuitium. libr. de cõſol. ad Mar.

Ariſtidis feſtiuus iocus.

Nemo ab alio, niſi à ſe contemptus eſt. Humilis & proiectus animus fit

libr. de cõſol. ad Albinam. iſti contumeliæ oportunus. Ducebatur Athenis ad ſupplicium Ariſtides, cui quiſquis occurrebat, deijciebat oculos, & ingemiſcebat, non tanquam in hominem iuſtum, ſed tanquam in ipſam iuſtitiã animaduerteretur. Inuentus eſt tamen qui faciem eius inſpueret, poterat ob hoc non moleſtè ferre, quod ſciebat neminem id auſurum animi purioris. At ille abſterſit faciem, & ſubridens ait, comitanti magiſtratui: Amoue iſtum, ne poſtea tam improbè oſcitet. Hęc fuit contumelia, ipſi contumeliam facere.

Conuitia imperitorum flocci pendenda.

Epiſt. 7. li. 10. Æquo animo audienda ſunt conuitia imperitorũ, & ad honeſta vadenti, contemnendus eſt iſte contẽptus.

Contumelia nil obeſt virtutis canditatis.

Epi. 4. lib. 14. Hoc aduerſus virtutem poſſunt calamitates, & damna: & iniuriæ, quod aduerſus ſolem poteſt nebula.

Faber compedes quas facit in interitum geſtit.

Epi. 6. lib. 14. Multi cum multis fuerunt mali, peſtiferam illam vim, qua pleriſque nocuerunt, ipſi quoque ſentiunt. Non eſt quod credas quenquam fieri aliena infœlicitate fœlicem.

Epi. 2. lib. 18. Quem quis contemnit, calcat ſine dubio ſed tranſit.

Magna

Magna pars libertatis eſt, bene moratus venter, & contumeliæ patiens. Epiſt. 4. li. 22.

Non poteſt generoſus animus contumeliam pati. li. 9. declama.

Magnarum virium eſt negligere lædentem. lib. de morib.

Citò ignominia fit ſuperbi gloria. In prouer.

Contumeliam, nec fortis poteſt, nec ingenuus pati. Ibid.

In miſeri vitia nulla contumelia eſt. Ibid.

DE CONTEMPTV.

CAPVT XXXI.

SI vis eſſe beatus, cogita hoc primum, contemnere, & contemni. lib. de morib.

DE CORPORE. CAP. XXXII.

Corpori non ſeruiendum.

HOneſtum ei vile eſt, cui corpus nimis charum eſt. Agatur eius diligentiſſimè cura: ita tamen, vt cùm exiget ratio, cùm dignitas, cùm fides, mittendum in ignem ſit. Fateor inſitam nobis eſſe corporis noſtri charitatem. Fateor nos huius gerere tutelam, non nego indulgendum illi ſeruiendũ nego. Multis enim ſeruiet, qui corpori ſeruit; qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tãquam propter corpus viuamus, ſed tanquam non poſſimus ſine corpore. Huius nos nimius amor, timorib⁹ inquietat ſolicitudinibus onerat, cõtumelijs obijcit. Epi. 2. lib. 2.

Amor corporis contemnendus.

Epiſt. 3. li. 2. Maiore corporis ſarcina animus eliditur, & minus agilis eſt. Itaq; quantum potes, circumſcribe corpus tuum & animum laxa: multa ſequuntur incommoda huic deditos curę. Primùm exercitationes, quarum labor ſpiritum exhaurit, & inhabilem intentioni, ac ſtudijs acrioribus reddit. Deinde copia ciborum, ſubtilitas animi impeditur. Sũt autem exercitationes & faciles & breues, quæ corpus & ſine mora laxent, & tempori parcant, cuius præcipua ratio habenda eſt. Quicquid facies, citò redi à corpore ad animum: illum noctibus ac diebus, exerce, labore modico alitur ille. Hanc exercitationem, non frigus, non ęſtus impediet, nec ſenectus quidem. Id bonum cura, quod vetuſtate fit melius. Neq; ego te ſemper iubeo imminere libro, aut tabulis, aut pugillaribus: Dandum eſt aliquod interuallum animo: ita tamen vt non reſoluatur, ſed vt remittatur. Geſtatio & corpus concutit, & ſtudio non officit. Poſſis legere, poſſis dictare, poſſis loqui, poſſis audire, quorum nihil nec ambulatio quidem vetat fieri.

Voluptas corporis nimia dolorem parit.

Epiſt. 4. lib. 3. Corpuſculum quoque etiam ſi nihil fieri ſine illo poteſt, magis neceſſariam

riam rem crede, quàm magnam. Vanas ſuggerit voluptates, breues, pœnitendas: ac niſi magna moderatione temperentur, in contrariam abituras. Itaque dico, in præcipiti voluptas ad dolorem vergit, niſi modum teneat. Modum autem tenere in eo difficile eſt, quod bonum eſſe credideris.

Libertas vera quæ.

Contemptus corporis ſui, certa libertas eſt. Epiſt. 8. li. 8.

Multis videmus maiora promittere, quàm recipit humana conditio. Epi. 2. lib. 10. Non immeritò, ad corpus enim reſpiciunt: reuertantur ad animum, iam hominem Deo mentientur.

Non eſt ſumma fœlicitatis noſtræ in carne ponenda. Epiſt. 5. li 10.

Humanæ vitæ incommoda quanta.

Non videmus quàm multa nos incommoda exagitent, quàm malè nobis conueniat hoc corpus. Epiſt. 1. li. 22. Nunc de ventre, nunc de capite, nũc de pectore ac faucibus quærimur. Alias nerui nos, alias pedes vexant. Nunc deiectio, nunc diſtillatio: aliquando ſupereſt ſanguis, aliquando deeſt. Hinc atque illinc tentamur, & expellimur. At nos corpus tam turpe ſortiti, nihilominus alterna proponimus: & in quãtum poteſt ætas humana protendi, tantum ſpe occupamus.

In prouer. Sunt quorum corpus innoxium eſt, & in mille facinorum furias mens otioſa diſcurrit.

DE CONVERSATIONE.

CAP. XXXIII.

Si iuxta claudum habites, ſubclaudicare diſces.

lib. 3. de ira. CVm placidiſſimo & facillimo & minimè obnoxio, moroſoq; viuendum eſt. Sumũtur enim à conuerſantibus mores. Et vt quędam in contactos corpore vitia trãſiliunt: ita animus mala ſua proximis tradit. Ebrioſus, conuictores in amorem vini traxit. Impudicorum cœtus, fortemque etſi liceat virum, emollit. Auarus, in proximos virus ſuum tranſtulit. Eadem ex diuerſo ratio virtutum eſt, vt omne quod ſecum habent, mitigent. Nec tam valetudini profuit vtilis regio, & ſalubrius cœlum: quàm animus parum firmis, in turba meliorum verſari.

Ex conuerſantibus mores trahimus.

lib. 1. de trãquil. vitæ. Tam bonorum, quàm malorum longa conuerſatio amorem inducit.

Turba omnis abeſto.

Lib. de vita beata. Primi exitio ſequentibus ſunt. Hoc in omni vita accidere videas, nemo ſibi tantum errat: ſed alieni erroris cauſa & author eſt. Verſatque nos & præcipitas traditus per manus error alieniſque

niſque perimus exemplis. Sanabimur ſi modo ſeparemur à cœtu.

Argumentum peſſimi turba eſt, quæramus ergo quod optimè factum ſit, non quod vſitatiſſimum, & quod nos in poſſeſſione fœlicitatis æternæ conſtituat.

Quid tibi vitandum præcipuè exiſtimem quæris? Turbam. Nunquam illi te tutò cõmiſeris. Ego certæ confiteor imbecillitatẽ meam, nunquam mores quos extuli refero. Aliquid ex eo quod compoſui, turbatur: aliquid ex eo que fugaui, redijt. Inimica eſt multorum conuerſatio. Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimis, aut neſcientibus allinit. Vtique quo maior eſt populus cui commiſcemur, hoc periculi plus eſt. Nihil verò eſt tam damnoſum bonis moribus, quàm in aliquo ſpectaculo reſidere. Tunc enim per voluptatem facilius vitia ſurrepunt. Quid me exiſtimas dicere? auarior redeor, ambitioſior, luxurioſior: imò vero crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Epi. 7. li. 1. ad Lucilium.

Recede in teipſum quantum potes, & cum his verſare, qui te meliorem facturi ſunt. Illos admitte, quos tu potes facere meliores. Mutuò iſta fiunt, & homines dum docent, diſcũt. Ibid.

Societas & conuerſatio malorum nociua.

Epiſt. 6. li. 14. Nemo errat vni, ſed dementiam ſpargit in proximos, accipitque inuicem. Et ideo in ſingulis vitia populorum ſũt, quia illa populus dedit, dum facit quiſque peiorem, factus eſt. Didicit deteriora, deinde docuit: effectaq; eſt ingens illa nequitia, cõgeſto in vnum, quod cuique peſſimũ ſcitur.

Spes melioris frugis in homine, malorum ſocietatem reliquiſſe.

Ibid. Magna pars ſanitatis eſt, hortatores inſaniæ reliquiſſe: & ex iſto cœtu inuicem noxia perſuadentes procul abegiſſe. Hoc vt eſſe verum ſcias, aſpice quanto aliter vnuſquiſque populo viuit, aliter ſibi. Nõ eſt per ſe magiſtra ſolitudo innocẽtiæ, nec frugalitatem docent rura. Sed vbi teſtis ac ſpectator abſceſſit, vitia ſubſidunt: quorum monſtrari & conſpici, fructus eſt.

Irritamentum omnium malorum in quæ inſanimus, & admirator & conſcius.

Epi. 2. lib. 18. Hærebit tibi auaritia, quamdiu auaro ſordidoque coniunxeris. Herebit timor, quãdiu cum ſuperbo conuerſaberis. Nũquam ſæuitiam in tortoris contubernio pones. Incendent libidines tuas adulterorum ſodalitia. Si velis vitijs exui, longè à vitiorum exem-

exemplis recedendum eſt tibi.

Inter cauſas malorum noſtrorum eſt, quòd viuimus ad exempla: nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur. Quod ſi pauci facerent, nollemus imitari: cùm plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, quia frequentius ſequimur: & recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus eſt. Epiſt. 4. li. 22.

A turba declinandum.

Turbam rerum hominumque deſiderant, qui ſe pati neſciunt. Fac ergo mi Lucili virorum optimæ, quod facere conſueuiſti: A turba quantum potes te ſepara, nec adulatoribus latus præbeas. Libr. 4. natur. quæſt.

DE CONSORTIO BONORVM. CAP. XXXIV.

Epicuri de imaginaria boni viri præſentia laudabilis ſententia.

ACcipe vtilem & ſalutarem clauſulam, quam te affigere animo volo: Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus: vt ſic tanquam illo ſpectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Hoc mihi Lucili Epicurus præcepit, cuſtodem nobis & pædagogum dedit. Nec immeritò. Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat. Aliquem habeat Epiſt. 11. li. 1.

animus, quem vereatur, cuius authoritate etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat. O fœlicem illum, qui non actus tantum, ſed etiam cogitatus emendat. O fœlicem qui ſic aliquem vereri poteſt, vt ad memoriam quoque eius ſe componat, atque ordinet. Qui ſic aliquẽ vereri poteſt, citò erit verendus. Elige itaque Catonem, ſi hic videtur tibi nimis rigidus, elige remiſſioris animi virum Lelium, elige eum cuius tibi placuit & vita & oratio, & ipſius animum ante te ferens & vultus, illum ſemper tibi oſtende, vel cuſtodem, vel exemplum. Opus eſt inquam aliquo ad quem mores noſtri ſeipſi erigant, niſi ad regulam, praua non corriges.

Epiſt. 6. lib. 3. Sic fac omnia ait Epicurus, tãquam ſpectet aliquis. Prodeſt ſine dubio, cuſtodẽ ſibi impoſuiſſe: & habere quem reſpicias, quem intereſſe cogitationibus tuis iudices. Hoc quidem longè magnificẽtius eſt, ſic viuere tanquam ſub alicuius boni viri, ac ſemper præſentis oculis. Sed ego etiam hoc contentus ſum, vt ſic facias quæcunque facies, tanquam ſpectet aliquis. Cùm hæc feceris, & aliqua cœperit apud te tui eſſe dignatio, incipiam tibi permittere, quod idem ſuadet Epicurus: Tunc præcipuè in teipſo ſecede, cùm

eſſe

eſſe cogeris in turba. Diſſimilem te fieri multis oportet, dum tibi tutum non ſit à te recedere.

Conſpectus & præſentia, & conuerſatio aliquid habet voluptatis: vtique ſi non tantum quem velis, ſed qualem velis videas. Epi. 6. lib. 4.

Quid ni ego maiorum virorum & imagines habeam, incitamenti animi & natales celebrem? Quid ni honoris cauſa illos ſemper appellem? Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Ego vero illos veneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo. Epi. 8. lib. 8.

Conuerſatio bonorum confert ad inſtitutionem morum.

Nulla res magis animos honeſta induit, dubioſq; & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum virorum conuerſatio. Paulatim eum deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aſpici frequẽter. Occurſus mehercule ipſe ſapientium iuuat, & eſt aliquid, quod ex magno viro, vel tacente proficias. Nec tibi facilè dixerim quemadmodũ proſit, ſic vt illud intelligam profuiſſe, Minuta quædã, vt ait Phœdon, animalia cùm mordent, non Epi. 6. lib. 14.

ſentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis eſt, tumor indicat morſum, & in ipſo tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in conuerſatione virorum ſapientium eueniet; non deprehendes quemadmodum & quando tibi proſit, profuiſſe deprehendes.

Epiſt. 2. li. 17. Cogita quantum nobis exempla bona proſint: Scias magnorum virorum non minus præſentiam eſſe vtilem, quàm memoriam.

DE CONSILIO.

CAP. XXXV.

lib. 4. benefi. NOn eſt turpe cum re mutare conſilium.

lib. 7. benefi. Nihil firmi habet, qui in incerta propenſus eſt.

Epi. 3. lib. 3. Vetus prouerbium eſt: Gladiatorem in arena carpere conſilium.

Epiſt. 6. li. 14. Adijcit remedijs medicina conſiliũ.

Epiſt. 2. lib. 22. Metuẽda declina, & quicquid conſilio proſpici poteſt, proſpice.

lib. de quatu. virtut. Sine conſilio fit, quicquid natura præcipit.

Prudentis proprium eſt examinare conſilia, & non citò facili credulitate & falſa prolabi.

In prouerb. Conſilio melius vincas, quàm iracundia.

Ibid. Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum.

DE

DE CONCORDIA.

Cap. XXXVI.

Concordia ſociat omnia.

Vna res nos facere poteſt quietos, Mutuæ facilitatis conuentio. li. 3. de ira.

Marcus Agrippa vir ingentis animi, dicere ſolebat, multum ſe huic debere ſententiæ: Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Hac ſe aiebat & fratrem, & amicum optimum factum. Epiſt. 6. li. 14.

Diſcordia fit charior concordia. In proæ.

DE CONSCIENTIA.

Cap. XXXVII.

Malè agit, qui famæ non conſcientiæ gratus eſt. lib. 6. benefi.

Diuinum eſt quod labe caret.

Nemo inuenitur qui ſe poſſit abſoluere, & innocentem ſe quiſque dicit, reſpiciens teſtem, non conſcientiam. lib. 1. de ira.

Nihil opinionis cauſa, omnia conſcientiæ faciam populo ſpectante, fieri credã, quicquid me conſcio faciam. lib. de vita beata.

Quandocunque natura ſpiritũ repetet, aut ratio dimittet, teſtatus exibo, bonam me conſcientiam amaſſe, bona ſtudia, nullius per me libertatẽ diminutam, à nemine meam. Qui hoc facere proponit ad Deum iter faciet. Ibid.

Conſcientia praua quærit abſcondi à publico ſenſu.

Vix quenquam inuenies, qui poſſit aperto

Epiſt. 8. lib. 5. aperto oſtio viuere. Ianitores conſcientia noſtra, non ſuperbia oppoſuit: Quid autem prodeſt recondere ſe, & oculos hominum aureſque vitare? Bona conſcientia turbam aduocat: mala etiam in ſolitudine anxia atque ſollicita eſt. Si honeſta ſunt quę facis, omnes ſciant. Si turpia, quid refert neminem ſcire, cùm tu ſcias. O te miſerum, ſi contemnis hunc teſtem.

Conſcientia pura teſtes aduocat.

Epiſt. 2. li. 16. Bona conſcientia prodire vult, & conſpici. Ipſas nequitia tenebras timet. Eleganter itaque ab Epicuro dictum puto: Poteſt nocenti contingere vt lateat, latenti fides non poteſt. Ideo quippe non prodeſt latere peccantibus: quia latenti etiam ſi facultatem habent, fiduciam non habent. Ita ergo eſt, tuta ſcelera eſſe, ſecura nõ poſſunt. Hic conſentiamus mala facinora cõſcientia flagellari, & plurimũ illi tormentorum eſſe, eo quod perpetua illã ſollicitudo vrget, ac verberat.

Remorſus conſcientiæ.

Ibid. Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. Quare? quia infixa nobis eius rei auerſatio eſt, quam natura damnauit. Ideo nunquam fides latendi fit etiam latentibus: quia coarguit illos conſcientia, & ipſos ſibi oſtẽdit.

Pars

Pars magna ſecura conſcientiæ eſt, nihil iniquè facere.

Securitas magna portio eſt, nihil iniquè facere. Cõfuſam vitam & perturbatam impotentes agunt, tantum metuunt, quantum nocent, nec vllo tempore vacant. Trepidãt enim cùm fecerunt. Hæret conſcientia, aliud agere non patitur, ac ſubinde reſpondere ad ſe cogit: dat pœnas quiſquis expectat: quiſquis autem meruit, expectat. Tutum aliqua res in mala cõſcientia præſtat, nulla ſecurum. Putat enim ſe etiam ſi non deprehenditur, poſſe deprehẽdi, & inter ſomnos mouetur: & quoties alicuius ſcelus loquitur, de ſuo cogitat. Non ſatis illi ſolutè oblitterarum videtur, non ſatis rectum. Nocens habuit aliquando latẽdi fortunam, nunquam fiduciam. Epi. 2. lib. 18.

Peccatum odit lucem.

Grauis malæ conſcientiæ lux eſt, & omnia concupiſcentis aut contemnẽtis, prout magno aut paruo empta ſunt, faſtidium eſt lumen gratuitum. Epi. 3. lib. 22.

Conſcientia Deo ſubiecta eſt, quam noſtra æſtimatio non deprehendit.

Aliter Deorum numini ſubiecta, vniuſcuiuſque conſcientia eſt, aliter noſtræ æſtimationi. Nos tantum quæ ſiunt, palam videmus, illi etiam quæ ſecreta ſunt. Lib. 2. cõtrouerſ.

Nihil

Libr. de quatu. virtut. Nihil timidum facit hominem, niſi reprehenſibilis vitę conſcientia.

Nullum putaueris locum ſine teſte.

In prou. uer. Conſcientiam amici nullius inuenit lingua præceps.

Ibid.

DE CONVIVIO.

CAP. XXXVIII.

In conuiuio non facilè cognoſcitur amicus.

Epiſt. 7. li. 2. AB Epicuro verſura facienda eſt: Ante, inquit, circunſpiciendum eſt cum quibus edas & bibas quàm quid edas & bibas. Nam ſine amico viſceratio leonis ac lupi vita eſt. Hoc non continget tibi, niſi ſeceſſeris, alioquin habebis conuiuas, quos ex turba ſalutantium nomenclator digeſſerit. Errat autem qui amicum in atrio quęrit, in conuiuio probat.

DE COMETIS.

CAP. XXXIX.

Exemplo ab animo ſumpto, dicit curſum Cometarum inobſeruatum iri.

Libr. 7. natur. quæſt. SI quis me interrogauerit, quare non quemadmodum quinq; Bellarum, ita Cometarum obſeruatus eſt curſus? Huic ego reſpondeo. Multa ſunt quę eſſe concedimus, qualia ſunt ignoramus. Habere nos animum, cuius imperio impellimur & reuocamur, omnes fatebuntur. Quid tamen ſit animus ille rector, dominuſq; noſtri, non magis tibi quiſquam expedie t,

dicet, quam vbi ſit. Alius illum dicet eſſe ſpiritum, alius concentum quendam, alius vim diuinã & Dei partem, alius tenuiſſimum aerem, alius incorporalem potentiam. Non deerit qui ſanguinem dicat, qui calorem. Adeo animo non poteſt liquere de ceteris rebus, vt adhuc ipſe ſe quærat. Quid ergo miramur Cometas tam rarum mundi ſpectaculum nondum teneri legibus cæteris: nec initia illorum fineſque noteſcere, quorum ex ingentibus interuallis recurſus eſt? Nondum ſunt anni mille quingẽti ex quo Græcia ſtellis numeros & nomina fecit. Multæque hodie ſunt gentes, quæ tantum facie nouerunt cœlum: quæ nondum ſciant, cur luna deficiat, quare obumbretur.

Duo Cometarum genera.

Duo, inquit Epigenes Cometarum genera ſunt. Alij ardorem vndiq; effundunt, nec locum mutant: Alij in vnum partem ignẽ vagum in modum comæ porrigũt, & ſtellas non prætermeãt, quales duo ætate noſtra viſi ſũt. Ibid.

Cometes ortus totũ annum ſuſpectũ facit.

Non ſtatim Cometes ortus, ventos & pluuias minatur, vt Ariſtoteles ait: ſed annum totum ſuſpectum facit. Ibid.

Cometæ an naturales: & quare non crebrò micent.

Ignoras

Ibid. Ignorat naturæ potentiam, qui illi non putat aliquando licere, niſi quod ſæpius facit. Cometas non frequenter oſtēdit, attribuit illis aliū locū, alia tēpora, diſſimiles cæteris motus. Voluit ex his magnitudinem operis ſui colere, quorum formoſior facies eſt, quàm vt fortuita putes: ſiue amplitudinem eorum cōſideres, ſiue fulgorē, qui maior eſt, ardētiorq; quā cæteris.

DE COGNITIONE SVI.

CAP. XL.

Omnes mali ſumus.

lib. 3. de ira. QVicquid in alio reprehenditur, id vnuſquiſq; in ſuo ſinu inueniet. Nam mali inter malos viuimus.

Examinatio ſui quotidiana.

Ibid. Quotidie animus ad rationem reddēdam vocatus eſt. Faciebat hoc Sextius, vt conſummatio die, cùm ſe ad nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animū ſuum, quod hodie malum tuum ſanaſti? cui vitio obſtitiſti? qua parte melior es? Quid pulchrius hac conſuetudine excutiendorum diem? qualis ille ſomnus poſt recognitionem ſui ſequitur. Quam tranquillus, altus, ac liber, cùm aut laudatus eſt animus, aut admonitus: & ſpeculator ſui, cenſorque ſecretus cognoſcet de moribus ſuis. Vtor hac poteſtate, & quotidie apud me cauſā dico, cùm ſubla-

ſublatum è conſpectu lumen eſt, & conticuit vxor, moris iam mei cōſcia: totum diem mecum ſcrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipſe abſcondo, nihil tranſeo. Quare enim quicquam ex erroribus meis timeam, cùm poſſum dicere: Vide ne iſtud amplius facias, nunc tibi ignoſco.

Noſce te ipſum.

Magna pars hominū eſt, quæ non peccatis iraſcitur, ſed peccantibus. Faciet nos moderatiores reſpectus noſtri, ſi conſuluerimus nos. Nūquid & ipſe tale aliquid commiſimus? nunquid ſic errauimus? Expedit ne nobis iſta damnare? li. 2. de ira.

Hoc ipſum argumentum in melius tranſlati animi eſt, quòd vitia ſua quę adhuc ignorabat, videt. Quibuſdam ægris gratulatio fit, cum ſeipſos ægros eſſe ſenſerunt. Epi. 6. lib. 1.

Cognitio peccati, initium ſalutis.

Initium eſt ſalutis, notitia peccati. Egregiè mihi hoc dixiſſe videtur Epicurus. Nam qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult: deprehendas te oportet, antequam emendes. Ideo quantum potes te ipſe coargue: inquire, in te accuſatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouiſſimè deprecatoris, aliquando te offende. Epi. 9. lib. 3.

Harpaſtis fatua feſtiuus iocus.

Har-

Epi. 7. lib. 6. Harpaſten vxoris meæ fatuam, ſcis hæreditarium onus in domo mea remanſiſſe. Hæc fatua ſubito deſijt videre. Incredibilem narro rem, ſed veram, neſcit ſe eſſe cæcam: ſubinde pedagogum ſuum rogat, vt migret: Ait domum tenebroſam eſſe. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi. Nemo ſe auarum eſſe intelligit, nemo cupidum. Cæci tamen ducem quærunt, nos ſine duce erramus, & dicimus: Non ego ambitioſus ſum, ſed nemo aliter Romæ poteſt viuere. Non ego ſumptuoſus, ſed vrbs iſta magnas impenſas exigit. Itaque ideo difficulter ad ſanitatem peruenimus, quia nos ægrotare neſcimus. Nunc ergo nec quærimus medicum, qui minus negotij haberet, ſi adhiberetur ad recẽs vitium. Sequerentur teneri, & rudes anni recta monſtrantem. Nemo difficulter ad naturam reducitur, niſi qui ab illa defecit.

Cognoſcunt ſeſe pauci.

Epiſt. 1. lib. 12. Hoc nos peſſimos facit, quod nemo vitam ſuam reſpicit. Quid facturi ſumus, cogitamus, & id raro quod fecerimus, non cogitamus, atque conſiliũ futuri ex præterito venit. Hodiernus dies ſolidus eſt. Nemo ex illo quicquam mihi eripuit, totus inter ſtratum, lectionemque diuiſus eſt. Minimum

mum

mum exercitationi corporis datum eſt. Hoc nomine ago gratias ſenectuti, non magno mihi conſtat, cùm me moui, laſſus ſum. Hic autem eſt exercitationis, etiam fortiſſimis finis.

Te noſce. Epiſt. 6. li. 14.

Aliena rectius quàm noſtra diſpicimus.

Aiunt homines plus in alieno negotio videre. Vitio hoc illis euenit, quos amor ſui excæcat, quibuſque diſpectum vtilitatis timor in periculis excutit. Epiſt. 2. li. 19.

Noſtra, non aliena, ſcrutemur.

Sua ſatius eſt mala quàm aliena tractare: ſe excutere & videre quam multarum rerum candidatus ſit, & non ſuffragari. Hoc eſt egregium, hoc ſecurum ac liberum: nihil petere, & tota fortunæ comitia tranſire. Epiſt. 4. li. 21.

Vis omnibus eſſe notus? prius effice, vt neminem noueris, præter teipſum. lib. de morib.

DE COGITATIONE.

CAP. XLI.

Cogitationes vagæ ad mentem non tranſmittendæ.

COgitationes vagas, & veluti ſomno ſimiles non recipies, quibus ſi animus tuus oblectauerit, cùm omnia diſpoſueris, triſtis remanebis: ſed cogitatio tua ſtabilis, & certa ſit, ſiue deliberet, ſiue quæret contempletur, non recedat a vero. Sermo quo- libr. de quatu. virtut.

quoque tuus non ſit inanis, &c.

In prouer. Bene cogitata, ſi excidunt, non occidunt.

DE CONVITIO. CAP. XLII.

lib. de morib. Cum alijs maledixeris, tibijpſi conuitium facis.

Ibid. Nihil turpius, quam qui obijcit alteri, ſibi obijciendum.

In prouer. Plerique cum ſtultis maledicunt, ipſi ſibi conuitium faciunt. Perturpè eſt enim, quod obijcitur, in obijciente cognoſci.

DE COMMVNIONE RERVM. CAP. XLIII.

Priſcis omnia erant communia.

Epiſt. 9. li. 14. APud primores patres ſeculi, nulli ſubigebant arua coloni. Nec ſignare quidem, aut partiri limine campum. Fas erat, in medium quærebant ipſa tellus. Omnia liberius, nullo poſcente ferebat. Quid hominum illo genere fœlicius? In commune rerum natura fruebatur, ſufficiebat illa vt parens in tutelam omnium: Hęc erat publicarũ opum ſecura poſſeſſio. Quid ni ego illud locupletiſſimum mortaliũ genus dixerim, in quo pauperem inuenire non poſſes? Irrupit in res optimè poſitas auaritia; & dum ſeducere aliquid cupit, atque in ſuum vertere, omnia fecit aliena: & in anguſtum

ſtum ex immenſo redacta paupertatem intulit: & multa concupiſcendo, omnia amiſit.

Quietiſſimam vitam agerent homines in terris, ſi hæc duo verba a natura omnium rerum tolleret, Meum, & Tuum. lib. de morib.

Dixit quidam, amicorum omnia eſſe communia. Ibid.

Principium diſcordiæ eſt, aliquid ex communi proprium facere. In prouer.

In commune viuitur. Nec poteſt quiſquam beatè degere, qui ſe tãtum intuetur, qui omnia ad vtilitates ſuas conuertit. Alteri viuas oportet, ſi vis tibi viuere. Hæc ſocietas diligenter & ſanctè obſeruanda eſt, quæ nos omnes hominibus miſcet, & iudicat aliquod eſſe commune ius generis humani. Omnia cum amico communia habebit, qui multa cum homine. Epi. 4. lib. 6.

DE CONSTANTIA.

CAP. XLIV.

Viri boni in aduerſis conſtantia.

QVemadmodum amnes, tantum ſupernè deiectorum imbrium, tantum mediterraneorum vis fontium non mutant ſaporem maris, neque remittunt quidem: Ita aduerſarum impetus rerum, viri fortis non vertit animũ. Manet in ſtatu, & quicquid euenit, in ſuum, colorem trahit. Eſt lib. de diuina proui. cap. 2.

enim omnibus externis potentior.

DE CONSTITVTIONE.

CAP. XLV.

Omnibus conſtitutionis ſuæ tempus eſt.

Epiſt. 2. lib. 22. OMnes conſtitutioni cõciliantur in qua ſunt. Infans ſine dentibus eſt, huic conſtitutioni ſuæ cõciliatur. Renati ſunt dentes, huic conſtitutioni conciliatur. Nam & illa herba quæ in ſegetem, frugemq; vẽtura eſt, aliam conſtitutionem habet. Tenera & vix eminens ſulco, aliam cùm cõcaluit & molli quidem culmo, ſed quod ferat bonum ſuum conſtitit, aliam cùm flaueſcit: & ad areã ſpectat, & ſpica eius induruit, in quam conſtitutionẽ cùm venit, eam tuetur, in eam cõponitur. Alia eſt ętas infãtis, pueri, adoleſcẽtis, ſenis. Ego tamen idem ſum, qui & infans fui, & puer, & adoleſcẽs. Sic quãuis alia atque alia cuique conſtitutio ſit, cõciliatio cõſtitutionis ſuę eadem eſt. Non enim puerum mihi aut iuuenem, aut ſenẽ: ſed me natura cõmendat. Ergo infans ei conſtitutioni ſuæ conciliatur: quæ tùnc infanti eſt, non quæ futura iuueni eſt. Neque enim ſi aliquid illi maius in quod trãſeat, reſtat; in hoc quoq; in quo naſcitur, ſecũdum naturam eſt. Primũ ſibi ipſum conciliatur animal, debet enim aliquid eſſe, ad quod alia referantur, &c.

DE

DE CONTINVATIONE.
CAP. XLVI.

Diffinitio continuationis & vnitatis.

COntinuatio eſt partium inter ſe lib. 2.
non intermiſſa coniunctio. Vni- natur.
tas eſt ſine commiſſura continuatio, quæſt.
& duorum inter ſe coniũctorum cor-
porum tactus.

DE CONTINENTIA.
CAP. XLVII.

SI continens es, adulationes euita: lib. de
ſitque tibi tam triſte laudari à tur- quatu.
pibus, quam ſi lauderis ob turpia. virtut.

Difficillimum continentiæ opus Ibid.
eſt, aſſentationes adulatione repelle-
re, quarum ſermones, animum volup-
tate reſoluunt.

DE CVLPA. CAP. XLVIII.

CVlpa qui obiecta eſt, omne, quod
dubium putat, odit.

Quiſquis in culpa fuit.

Dimiſſus, omne odit quod dubium In Oe-
putat. dipo.

Culpa conſcius ſtupet.

Effare, dubitas? cur genas mutat color? Ibid.
Quid verba quæris? veritas odit moras.

DE CVPIDITATE.
CAP. XLIX.

Cupiditatibus detrahendum eſt.

EPicurus illam nobilē ſententiam Epi. 2.
ſcripſit, qua hortatur vt Pytho- lib. 3.
deā locupletem non publica, nec an-

cipiti via faciat. Si vis inquit, Pythodeam diuitem facere, non pecuniæ adijciendum, ſed cupiditatibus detrahendum eſt. Si vis honeſtum facere, non honoribus adijciendum, ſed cupiditatibus detrahendum. Si vis pythodeam eſſe in perpetua voluptate, non voluptatibus adijciendum eſt, ſed cupiditatibus detrahendum eſt. Si vis ſenem facere, & implere vitam: non annis adijciendum eſt, ſed cupiditatibus detrahendum eſt.

Cupiditas ſemper eſt ingrata.

Epi. 4. lib. 10. Quiſquis de accipiendo cogitat, oblitus accepti eſt. Nec vllum habet malum cupiditas maius, quam quod ingrata eſt.

Alexandri Regis cupiditas.

Epiſt. 3. li. 14. Alexander Macedonum rex diſcere Geometriam infœlix cœperat, ſciturus quam puſilla terra eſſet, ex qua minimum occupauerat. Ita dico infœlix ob hoc quod intelligere debebat falſum ſe gerere nomen. Quis enim eſſe tam magnus in puſillo poteſt? Erant illa que tradebantur ſubtilia, & diligenti intentione diſcenda: non quæ percipere poſſet veſanus homo, & trans Oceanum cogitationes ſuas mittens. Facilia, inquit, me doce. Cui præceptor inquit: Iſta omnibus eadem ſunt, æquè difficilia.

Nullum

Nullum mihi crede iter eſt, quod te extra cupiditates, extra iras, extra metus ſiſtat: aut ſi quod eſſet, agmine facto, gens illuc humana pergeret. Epi. 1. lib. 18.

Qui multum habet, plus cupit. Epi. 5. lib. 21.

Nunquam diuitibus contingit finem. Poſt Darium & Indos pauper eſt Alexãder Macedo, quærit quod ſuum faciat, ſcrutatur maria ignota: in Oceanum claſſes mittit nouas, & (vt ita dicam) mundi clauſtra perrumpit. quod naturę ſatis eſt homini non eſt? Iuuentus eſt qui concupiſceret aliquid poſt omnia. Tanta eſt cæcitas mentium, & tanta initiorum ſuorum vnicuique, cùm proceſſit obliuio. Ille modo ignobilis anguli, non ſine controuerſia dominus, tanto ſine terrarum per ſuum rediturus orbem triſtis. Neminem pecunia diuitem fecit, imo contra, nulli non maiorem ſui cupiditatem incuſſit. Ibid.

Plus incipit habere poſſe, qui plus habet. Ibid.

Fortior eſt qui cupiditatem vincit, quam qui hoſtem ſubijcit. lib. de morib.

Rupere fœdus impius lucri furor,
Et ira præceps. In Hippolyto.

DE DIGNITATE.

CAP. L.

Loco ignominiæ eſt, apud indignum dignitas. In prouer.

DE DISSIDIO. CAP. LI.

lib. de morib. DIſſentio ab alio incipiat, à te autem reconciliatio.

In prouer. Vbi diſcrimen inter bonos maloſque ſublatum eſt: confuſio ſequitur, & vitiorum eruptio.

DE DIVITIIS. CAP. LII.

Diuitiæ veræ quæ.

lib. 6. beneſi. EGregiè mihi videtur. M. Antonius apud Rapiriũ Poetam cùm fortunam ſuam tranſeuntem aliò videat, & ſibi nihil relictum, præterius mortis. Id quoq; ſi citò occupauerit, exclamare: Hoc habeo quodcunque dedi. O quantum habere potuit, ſi voluiſſet. Hæ ſunt diuitiæ certæ, in quacunq; ſortis humanæ leuitate, vno loco permãſuræ: quæ cùm maiores fuerint, hoc maiorem habebũt inuidiam.

Diuitiæ ſapienti ſeruiunt.

Lib. de vita beata, ad Gall. ſrat. Diuitiæ apud ſapientem virum in ſeruitute ſunt, apud ſtultum in imperio. Sapiens diuitijs nihil permittit, ſtultis diuitiæ omnia. Sapienti quiſquis abſtulerit diuitias, omnia illi ſua relinquet. Viuit enim præſentibus lætus, futuris ſecurus: & habet vbi ſe etiam in priuato lare explicet.

Diuitiarum modus quis.

Epiſt. 2. lib. 1. Quis ſit diuitiarum modus quæris? primus, habere quod neceſſe eſt: proximus, quod ſat eſt.

Magna

Magnæ diuitiæ ſunt, lege naturæ compoſita paupertas. Lex autem illa naturæ, ſcis quos nobis terminos ſtatuit. Non eſurire, non ſitire, non algere; vt famem, ſitimque depellas. Epiſt. 4. lib. 1.

Diuitijs fruens quis.

Is maximè diuitijs fruitur, qui minimè diuitijs indiget. Epicuri eſt, aut alicuius ex illa officina: & quid intereſt, quis dixerit? Omnibus dixit. Qui eget diuitijs, timet pro illis. Epiſt. 2. li. 2.

Diuitiæ non ſatiant.

Ab Epicuro dictum eſt: Si ad naturam viues; nunquam eris pauper: Si ad opiniones, nunquam eris diues. Exiguũ natura deſiderat, opinio immenſum. Cõgregatur in te quicquid multi locupletes poſſederunt, vltra priuatum pecuniæ modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpura veſtiat, & eo delitiarũ opũq; perducat, vt terram marmoribꝰ abſcõdas. Accedãt ſtatuę, & picturę, & quicquid vlla luxuria elaborauit, maiora cupere ab his diſces. Epiſt. 4. li. 2.

Epicuri ſententia eſt: Multis paraſſe diuitias, non finis miſeriarum fuit, ſed mutatio. Nec hoc miror. Non eſt enim in rebus vitiũ, ſed in ipſo animo. Epiſt. 5. lib. 2.

Multum eſt non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus eſt ille qui in diuitijs pauper eſt. Sed ſecurior, qui caret diuitijs. Epiſt. 1. lib. 3.

Ibid. Nemo naſcitur diues, quiſquis exit in lucem, iuſſus eſt lacte & panno eſſe contentus. Ab his initijs nos regna non capiunt.

Epiſt. 2. lib. 3. Diuitiæ ſunt ad legem naturæ compoſita paupertas.

Ad diuitias venitur, per diuitiarum contemptum.

Epi. 6. lib. 8. Contemnere omnia aliquis poteſt; omnia habere nemo poteſt. Breuiſſima ad diuitias per contemptum diuitiarum via eſt. Demetrius autem ſic viuebat, non tanquam contempſiſſet omnia, ſed tanquam alijs habenda permiſiſſet.

Epi. 5. lib. 11. Sæpe enim hoc non potuere diuitiæ in domum infuſæ, quod opportunè dati mille denarij.

Pecunia malorum fons.

Epiſt. 2. li. 13. Dum diuitias conſequi volumus, in multa mala incidimus: ergo diuitiæ bonum, non ſunt. Poſſidonius ait, Diuitias eſſe cauſam malorum: non quia ipſæ faciant aliquid, ſed quia facturos irritant. Inflant animos, ſuperbiam pariunt, inuidiam contrahunt: & vſque eo mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet.

Epiſt. 1. li. 15. Diuitiæ per ſummum acquiſitæ ſudorem, malè habentur.

Ibid. Nihil turpe eſt, cui placet precium.

Diuitiarum pompa fluxa eſt & caduca.

Atta-

Attalum memini cum magna admiratione omnium hæc dicere: Diu mihi, inquit, impoſuere diuitiæ. Stupebam vbi aliquid ex illis alio atque alio loco fulſeram. Exiſtimabam ſimilia eſſe quę laterent, his quæ oſtenderentur, ſed in quodam apparatu vidi totas opes vrbis celatas, & auro & argento, & his quæ precium auri argentique vicerũt, exquiſitos colores, & veſtes vltra non tantum noſtrum, ſed vltra finẽ hoſtium aduectas. Hinc puerorum proſpicuos cultu atq; forma greges. Hinc fœminarum, & alia quę res ſuas recognoſcens ſummi imperij fortuna pertulerat. Quid hoc eſt inquam aliud, quàm irrita cupiditas hominum per ſe incitata? Quid ſibi vult iſta pecuniæ pompa? Ad diſcendam auaritiam conuenimus. At me Hercule minus cupiditatis iſtinc effero, quam attuleram. Contempſi diuitias, non quia ſuperuacuæ, ſed quia puſillæ ſunt. Vidiſtine, quam intra paucas horas ille ordo quamuis lentus, diſpoſituſq; tranſierit? Hoc totam vitam noſtram occupauit, quod totum diem occupare non potuit. Acceſſit illud quoque, tam ſuperuacuæ mihi viſæ ſunt habentibus, quàm fuerunt ſpectantibus. Hoc itaq; ipſe mihi dico, quoties tale aliquid præſtrinxerit

Epi. 3. lib. 19.

rit oculos meos, quoties occurrit domus ſplendida, cohors culta ſeruorum, lectica formoſis impoſita coloribus. Quid miraris? quid ſtupes? pōpa eſt. Oſtenduntur iſtę res, non poſſidentur: & dum placent, tranſeunt. Ad veras te potius conuerte diuitias: diſce parua eſſe contentus, & illam vocem magnus atque animoſus exclama: Habeamus aquam, habeamus polentam. Ioui ipſi de fœlicitate controuerſiā faciamus. Faciamus oro te, etiam ſi iſta defuerint. Turpè eſt beatam vitā in auro & argento reponere.

Diuitiæ ingens humani generis bonum exiſtimantur.

Epiſt. 1. li. 21. Diuitiæ velut vnicum vitæ decus ornamentumque laudantur.

Ibid. Sine me vocari peſſimum, vt diues vocer: An diues, an bonus nemo. Omnes quærimus, non quare, & vnde, quid habes tantum rogant. Vbique tanti quiſque, quantum habuit, fuit.

Diuitiarum amor inſatiabilis.

Epiſt. 5. li. 21. Nunquam diuitibus contingit finem. Plus incipit habere poſſe, qui plus habet.

Ibid. Neminem pecunia diuitem fecit: imò contra: Nulli non maiorem ſui cupiditatem incuſſit.

Ibid. Sapiens diuitiarum naturalium eſt queſtor acerrimus.

Diuitiæ

Diuitiæ grauant.

Democritus diuitias proiecit, onus illas bonæ mentis exiſtimans. libr. de diuina. prou.

Quæ bona ſunt, fiduciam faciunt, diuitię audaciam. Quæ bona ſunt, magnitudinem animi dant, diuitiæ inſolentiam. cap. 6.

Multum eſt non corrumpi diuitiarum contubernio. libr. de paupertat.

Sanus diues eſt, qui licet habeat diuitias, eas tamen vt tranſeuntes habeat. Ibid.

Ibid.

Facilè diuitias inuenit, qui pietatem & fidem deſerit: candidaq; de nigris, & de candentibus atra dicit.

Demetriũ egregiũ virum memini dicere, cuidam libertino potẽti, Facilem ſibi eſſe ad diuitias viam, quo die pœnituiſſet bonæ mentis. Nec inuidebo, inquit, vobis hanc artẽ, docebo eos quibus quæſito opus eſt: quemadmodum non dubiã fortunam maris, non emendi, vendendique litem ſubeant: non incertam fidem iuris, incertiorem fori tentent: quemadmodum non ſolum facili, ſed hilari via pecuniam faciant, gaudenteſque diſpolient. Te, inquit, longiorem fido Anneo, iurabo & Apollino, picturæ quãuis ſtaturã habeas Theſiſi Threcę, incõpoſiti Hominem quidẽ non eſſe illo liberaliorem. Non mentiar, cum Libr. 4. natur. quæſt.

poſſis videri omnibus donaſſe, quicquid dereliquiſti, &c.

li. 5. declama. Vanum gloriæ genus, odium diuitiarum.

lib. 10. declamat. Summa virtus, contumax aduerſus diuitiarum faſtidium innocentia.

Iſta Italicorum eſt peſtis non mediocris.

Ibidē. Mirum eſt vacare homines huic cogitationi, vt curent quid homo mendicus inter mendicos agat. Ciuitatis iſtius principes diuitias ſuas exercent contra naturam: exciſorum greges habent, exoletos ſuos vt ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei ſint, amputant: & quia ipſos pudet viros eſſe, id agunt, vt quam pauci viri ſint. His nemo ſuccurrit, delicatis & formoſis debilibus.

Diuitiæ haberi debent in vſu.

libr. de quatu. virtuti. Quæcunque ex rebus tranſitorijs poſſides, non mireris: nec magnum exiſtimes quod caducum eſt: nec apud te quæ habes tanquam aliena ſeruabis, ſed pro te tanquam tua diſpenſes & vtaris.

lib. de morib. Quæ ſunt maximæ diuitiæ? non deſiderare diuitias. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit.

DE DISCIPVLIS.

CAPVT LIII.

Bonus corripi gaudet.

Admo-

ADmoneri bonis gaudet, peſſimus quiſque correptorem aſperrimè patitur. libr. 3. de ira.

Nolunt diſcere, qui nunquam didicerunt. Ibid.

Ariſtonis de pueris iudicium.

Ariſton aiebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quàm hilarem, & amabilem turbæ. Vinum enim fieri bonum quod recens durum & aſperum viſum eſt: non pati ætatem quod in dolio placuit. Epiſt. 1. lib. 5.

Natura dociles ſumus.

Dociles natura nos edidit, & rationem dedit imperfectam, ſed quæ perfici poſſet. Epi. 6. lib. 6.

Diſcendum ſemper.

Tam diu diſcendum eſt, quàm diu neſcias, & ſi prouerbio credimus, quā diu viuas. Nec vlli hoc rei magis conuenit, quàm huic: tam diu diſcendum eſt, quemadmodum viuas, quàm diu viuis. Epi. 7. lib. 10.

Alexāder rex Geometriam diſcere voluit.

Alexander Macedonum rex diſcere Geometriam infœlix cœperat, ſciturus quā puſilla terra eſſet, ex qua minimum occupauerat. Ita dico infœlix ob hoc quod intelligere debebat falſum ſe gerere nomen. Quis enim eſſe tam magnus in puſillo poteſt? Erant illa quæ tradebantur ſubtilia, Epi. 3. lib. 14.

& diligenti intentione diſcenda: non quæ percipere poſſet veſanus homo, & trans Oceanum cogitationes ſuas mittens. Facilia, inquit, me doce. Cui præceptor inquit: Iſta omnibus eadem ſunt ęquè difficilia.

Pueri egent inſtructore.

Epi. 6. lib. 14. Pueri ad præſcriptum diſcunt, digiti illorum tenentur, & aliena manu per literarum ſimulachra ducuntur, deinde imitari iubentur propoſita, & ad illa reformare chyrographum: Sic animus noſter dum eruditur, ad præſcriptum iuuatur.

Diſcipulus eſt prioris, poſterior dies.

In prouerb. *Indelebile eſt quicquid in tenera ætate diſcitur.*

In troiade. Dediſcit animus ſerò, quod didicit diu.

DE DIE. CAP. LIV.

Omnis dies veluti vltimus ſit vitæ ordinandus.

Epiſt. 12. li. 1. SIc ordinandus eſt dies omnis, tanquàm cogat agmen & cõſummat, atque expleat vitam. Pacuuius qui Syriam vſu ſuam fecit, cum vino & illis funeris epulis ſe ſepeliſſet, quaſi ſibi parentauerit, ſic in cubiculum ferebatur à cœna, vt inter plauſus exoletorum hoc ad ſymphoniam caneretur VEVIXIT VEVIXIT nullo non ſe die extulit. Hoc quod ille ex mala cõſcientia faciebat, nos in bona facia-

faciamus, & in ſomnum ituri, læti hilareſque dicamus: Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi. Craſtinum ſi adiecerit Deus, læti recipiamus. Ille beatiſſimus eſt, & ſecurus ſui poſſeſſor, qui craſtinum ſine ſollicitudine expectat. Quiſquis dixit, Vixi, quotidie ad lucrum ſurgit.

Longo tempore orta, vno die finiuntur.

Quicquid longa ſeries multis laboribus, multa Dei indulgentia ſtruxit, id vnus dies ſparſit ac diſſipat. Eſſet aliquod imbecillitatis noſtræ ſolatium, rerumque noſtrarum, ſi tanto tempore repararentur cuncta, quanto finiuntur. Nunc incrementa lentè exeunt, feſtinanter in damnum. Epi. 3. lib. 14.

Dies natiuitatis, mors.

Dies iſte quem tãquam extremum reformidas, æterni natalis eſt. Epiſt. 2. li. 17.

Occupatis nullum tempus longum.

Nullus agenti dies longus eſt. Extendamus vitam, huius & officium & argumẽtum actus eſt. Circumſcribatur nox, & aliquid ex illa in diem transferatur. Epiſt. 3. li. 22.

Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. Epiſt. 4. li. 22.

Dies quòd donat, timeas, citò raptum venit. In prouer.

Neſcis

Ibid. Neſcis quid optes, aut quid fugias, ita ludit dies.

Nullus eſt dies mœrore vacans in hac vita.

In Troade.
Nulla dies
Mœrore caret, ſed noua fletus
Cauſa miniſtrat.

In Oedipo.
Dies perſido præſtat aditum nocendi.

Ibid.
Aditum nocendi perfido præſtat dies.

Finis vitæ incertus.

In Thyeſte.
Nemo tam diuos habuit fauentes
Craſtinum vt poſſet ſibi polliceri.

In Octauia.
Florem decoris ſinguli carpunt dies.

DE DELIBERATIONE.

CAP. LV.

In prouerb. DEliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.

Ibid. Deliberare vtilia, mora eſt tutiſſima.

DE DIFFICVLTATE.

CAP. LVI.

Difficile quid.

Libr. 1. cõtrouerſ. DIfficile eſt attritas opes recolligere, & ſpes nouare fractas, & pœnitenda acie in meliores euentus ſurgere.

In prouer. Difficilem oportet habere aurem ad crimina.

Ibid. Difficilius eſt moderari, vbi dolori debetur vltio, quam vbi exemplo.

DE

DE DECLAMATIONE.

CAP. LVII.

Declamare quid.

DEclamare eſt, non mediocriter dicere bene. Lõgè ineptiſſimum eſt inter declamandum extra materiam rem quampiam accerſere. Nihil eſt turpius quam eam controuerſiam declamare, in qua nihil ab altera parte reſponderi poterit, aut non refellere, ſi reſponderi poteſt. Libr. 1. declamat. & 4. cõtrouer. & 5.

DE DESPERATIONE.

CAP. LVIII.

COncitatiſſima eſt rabies in deſperatione. Sorte vltima in furorem animus impellitur. li. 9. declama.

DE DOLORE. CAP. LIX.

Doloris ſolamen quod.

EST hoc ipſum ſolatij, loco, inter multos dolorem ſuum diuidere: qui quia diſpenſauit inter plura, exigua debet apud te parte ſubſidere. Lib. de breuit. vitæ.

Vnuſquiſque ſuos patitur Manes.

Nulla domus in toto orbe terrarum, aut eſt, aut fuit, ſine aliqua comploratione. Ibid.

Dolorum ſolutio mors.

Mors omnium dolorum ſolutio eſt & finis: vltra quam mala noſtra non exeunt: quæ nos in illam tranquillitatem, in qua antequam naſceremur iacuimus, reponit.

Nullus

Epiſt. 3. lib. 4. Nullus dolor longus eſt, qui magnus eſt.

Dolor citò in obliuionem.

Epiſt. 7. li. 8. Nulla res citius in odium venit, quàm dolor: quia recēs conſolationē inuenit, & aliquos ad ſe adducit; inueteratus verò deridetur. Nec immeritò, aut enim ſimulatus, aut ſtultus eſt.

Ibid. Finem dolendi etiam qui conſilio non fecerat, tempore inuenit.

Dolores corporis maximi, in macerrimis corporis conſiſtunt partibus.

Epi. 2. lib. 11. Nemo poteſt valde dolere & diu. Sic nos amiciſſima noſtri natura diſpoſuit, vt dolorem aut tolerabilem, aut breuem faceret. Maximi autem dolores conſiſtunt in macerrimis corporis partibus. Nerui, articulique, & quicquid aliud exile eſt, acerrimè ſæuit, cum in arcto vitia conceperit.

Dolor tributum eſt vitæ humanæ.

Epiſt. 1. li. 16. Omnia ad quæ gemimus, quæ expaueſcimus, tributa vitæ ſunt. Viuere militare eſt.

Epiſt. 3. li. 16. In æquo eſt dolor amiſſæ rei, & timor amittendæ.

Doloris malum ingratitudo.

Epiſt. 4. li. 16. Hoc habet inter reliqua mala dolor, quòd non ſuperuacuus tantum, ſed ingratus eſt.

Dolor in aliquibus fictus eſt.

Super-

Superuacuum eſt dolere, ſi nihil dolendo proficias. Ibid.

Plus oſtẽtatio doloris exigit, quàm dolor. Ibid.

Sine ſpectatore ceſſat dolor. Stultius verò nihil, quam famam captare triſtitię, & lachrymas approbare, quas iudico ſapienti viro, alias permiſſas cadere, alias viſu vſu allatas. Ibid.

Dolor patientia vincitur. libr. de moribꝰ

Animo dolẽti nihil oportet credere.

Dolor decreſcit, vbi quo creſcat non habet. In prouerb.

Difficilius eſt moderari, vbi dolori debetur vltio, quàm vbi exemplo. Ibid. Ibid.

Etiam innocentes cogit mentiri dolor. Ibid.

Heu dolor quàm miſer eſt, qui in tormento vocem non habet. Ibid.

Magis exurunt, quos ſecretæ lacerant curæ. In Agamemn.

DE DEO. CAP. LX.

Deus incapax augmenti, vel decrementi.

DEcreſcere ſummum bonum non poteſt, nec virtuti ire retrò licet: ſed in alias atque alias qualitates conueſtitur. Ad rerum quas actura eſt habitum figurata, quicquid attingit, in ſimilitudinem ſui adducit & cingit: actiones, amicitias, interdum domos totas, quas intrauit, diſpoſuit, concordat: quicquid tractat, id amabile Epiſt. 15 lib. 9.

bile conſpicuum, mirabile facit. Itaq; vis eius & magnitudo vltra non poteſt ſurgere, quando incrementum maximo non eſt. Nihil inuenies rectius recto: non magis quam verius vero: quam temperato temperatius. Omnis in modo eſt virtus, modus certa menſura eſt.

Diuinorum vna natura eſt.

Ibid. Nihil eſt diuino diuinius, cœleſti cœleſtius: mortalia verò minuuntur, cadunt, deteruntur, creſcunt, exhauriuntur, implentur. Itaque illis in tam incerta ſorte nihil aliud eſt, quàm in corpus humanum pars diuini ſpiritus merſa. Si ratio diuina eſt, nullum autem bonum ſine ratione eſt. Bonum omne diuinum eſt: Nullum porrò inter diuina diſcrimen eſt: ergo nec inter bona, paria itaque ſunt.

Mens bona nulli contingit ſine Deo.

Epi. 4. lib. 10. Non ſunt Dij faſtidioſi, non inuidi: admittunt, & aſcendentibus manum porrigunt. Miraris hominem ad Deos ire? Deus ad homines venit: imo quod proprius eſt, in homines venit. Nulla ſine Deo mens bona eſt. Semina in corporibus humanis diuina, diſperſa ſunt: quæ ſi bonus cultor excipit, ſimilia origini prodeunt, & paria his ex quibus orta ſunt, ſurgunt. Si malus, non aliter quam humus ſterilis ac plau-

plauſtris necat: ac deinde creat purgamenta pro frugibus.

Deus vbique præſto eſt.

Nihil Deo clauſum eſt. Intereſt animis noſtris, & cogitationibus medijs interuenit. Sic interuenit dico, non tanquam aliquando diſcedat. Epiſt. 1. li. 12.

Diuina ratio omnibus præpoſita eſt, ipſa ſub nullo eſt. Epiſt. 4. li. 14.

Nulla gens ſine aliquo Deo.

Nulla gens vſquam eſt adeò extra leges, moreſque proiecta, vt non aliquos Deos credat. Epiſt. 3. li. 21.

A Deo orandum quid.

Deos vitam roga & ſalutem. Ibid.

Deus quid.

Quid eſt Deus? mens vniuerſi. Quid eſt Deus? Quod vides totum, & quod non vides totum. Sic demum magnitudo ſua illi redditur, qua nihil maius excogitari poteſt. Si ſolus eſt omnia, opus ſuum & extra & intra tenet. quid ergo intereſt inter naturam Dei, & noſtram? Noſtri melior pars, animus eſt: in illo nulla pars extra animum, totus ratio eſt. Hæc inſpicere, hæc diſcere, his incumbere, nonne tranſilire eſt mortalitatem ſuam, & in meliorem tranſcribi ſortem? lib. 1. natur. quæſt.

Omnia cõtingunt nutu diuino, nimirum per Deum, cuſtodem, rectoremq; vniuerſi animum ac ſpiritum libr. 2. natur. quæſt.

mundi huius operis Dominum & artificem, cui nomen omne conuenit. Vis illum fatum vocare? Non errabis. Hic eſt, ex quo ſuſpenſa ſunt omnia, ex quo ſunt omnes cauſæ cauſarum. Vis illum prouidentiam dicere? rectè dicis. Eſt enim, cuius conſilio huic mundo prouidetur, vt cõcuſſus exeat, & actus ſuos explicet. Vis illum naturam vocare? Non peccabis. Eſt enim, ex quo nata ſunt omnia, cuius ſpiritu viuimus. Vis illum vocare mundum? Non falleris. Ipſe enim eſt, totum quod vides, totus ſui partibus inditus, & ſe ſuſtinens & ſua.

Parcius de Deo, & rebus ſuperis loquendũ.

Libr. 7. natur. quæſt. Egregiè Ariſtoteles ait: Nunquam nos verecundiores eſſe debere, quam cùm de Dijs agitur. Si intramus templa cõpoſiti, ſi ad ſacrificium acceſſuri, vultum ſubmittimus, togam adducimus, ſi in omne argumẽtum modeſtię fingimur: quãto hoc magis facere debemus, cùm de ſyderibus, de ſtellis, de Deorũ natura diſputamus? ne quid temerè, ne quid impudẽter, aut ignorantes affirmemus: aut ſcientes mentiamur? Neq; enim omnia Deus humanis oculis nota fecit. Quid ſi hoc ſine quo nihil eſt, ſcire non poſſumus.

Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira.

Sunt

Sunt Dij immortales leti quidem, ſed certi vindices generis humani: & magna exempla in caput inuenientium regreſſerunt: vt iuſtiſſima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitauit ſupplicio, ſæpe excipiat ſuo. lib. 10. declamat.

Ceſtius dixit, Deos rebus humanis non interponere arbitriũ ſuũ: ſi interponant, voluntatem eorũ ab homine non intelligi: ſi ſint, non poſſe mutari. libr. 1. ſuaſoriar.

Non aſpicias quam plenas quiſque manus Deo, ſed quam puras admoueat. Non enim aliter niſi optimus animus, pulcherrimus Dei cultus eſt. In prouerb.

Deus cuncta mouet immobilis.

Res Deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat. In Thyeſte.

Dijs æquandus eſt, qui cum fortuna, Id eſt, aduerſitate moritur.

Pars ille eſt ſuperis, cui pariter dies
Et fortuna fuit. In Hercule œteo.

DE DAMNATIONE.
CAP. LXI.

PRopè eſt vt libenter damnet, qui citò propè vt non quæ damnet, qui nimis. In prouer.

Quotidie dãnatur, qui ſẽper timet. Ibid.

DE DOCTORE. CAP. LXII.

OMnis doctor inuitæ orationis peccans, turpior eſt: ob hoc quod in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur. In prouer.

DE DEMENTIA.

CAP. LXIII.

Dementia quid.

Lib. 3. cõtro- uerſ. DEmentia, res eſt ſanitati contraria.

DE DORMITIONE.

CAP. LXIV.

In prouer. BEne dormit, qui non ſentit, quàm malè dormiat.

Epiſt 2. li. 12. Aliquando dormiſſe me ſcio, aliquando ſuſpicor.

DE EBRIETATE.

CAP. LXV.

lib. 1. benefi. HAbebitur aliquando ebrietati honor, & plurimum meri cœpiſſe virtus erit.

Hanibalem vina vicerunt.

Epi. 1. lib. 7. Vina Hanibalem Hibernia ſoluerunt, & indomitum illum niuibus atque alpibus virum eneruauerunt fomenta Campaniæ. Armis vicit, vitijs victus eſt.

Ebrio ſecreta non committenda.

Epi. 1. lib. 12. Ebrio ſecretum ſermonem nemo committit, viro autem bono committit. Ergo vir bonus ebrius non erit.

Ebrius & ebrioſus differunt.

Ibid. Poſſidonius ait ebrium duobus modis dici. Altero cùm aliquis vino grauis eſt, & impos ſui. Altero ſi ſoleat ebrius fieri, & huic obnoxius vitio eſt.

Ebrius non eſt ſui compos.

Non

Non eſt animus in ſua poteſtate e-brietate deuictus. Ibid.

Ebrietas ſecreta publicat.

Quemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in ſummam partem vis caloris eiectat: Sic vino æſtuante, quicquid in imo iacet abditum effertur, & prodit in medium. Ibid.

Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante: ita ne ſecretum quidem quod ſuum alienumque eſt, pariter effundunt. Ibid.

Multa ebrij faciunt, quibus ſobrij erubeſcunt. Ibid.

Ebrietas quid.

Nihil aliud eſt ebrietas, quam voluntaria inſania. Ibid.

Ebrietas eruit omne vitium.

Referam Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum, chariſſimum ſibi ac fideliſſimum inter epulas tráſfodit: & intellecto facinore, mori voluit. Certè eruit omne vitium ebrietas, & incendit & detegit, obſtantem malis conatibus verecundiam remouet. Plures enim pudore peccandi, quam bona voluntate, prohibitis abſtinent. Vbi poſſedit animum nimia vis vini, quicquid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia, ſed protrahit: tunc libidinoſus ne cubiculum Ibid.

quidem expectat, ſed cupiditatibus ſuis quantum petierint, ſine dilatione permittit: tunc petulãs non linguam, non manum continet. Creſcit inſolenti ſuperbia, crudelitas ſæuo, malignitas liuido, omne vitium detegitur, & prodit. Adijce illam ignorationem ſui, dubia, & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipſa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum, ſtomachi tormenta. Cùm efferueſcit merum, ac viſcera ipſa diſtendit, tunc tamen vtcùnque tolerabile eſt, dum illis vis ſua eſt. Quid cum ſumno vitiatur, & quę ebrietas fuit, crudelitas facta eſt. Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hęc acerrimas gẽtes bellicoſaſq; hoſtibus tradidit. Hęc multorũ annorum pertinacia bello defenſa mœnia patefecit. Hæc contumaciſſimos & iugum recuſantes in alienum egit arbitrium. Hæc inuictas acies mero domuit. Alexãdrum, cuius modo feci mentionem, tot itinera, tot prælia, tot hyemes, per quas victa tẽporum locorumq; difficultate, tranſierat tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiſerunt, intemperantia bibendi, & ille Herculeanus ac fatalis cyphus condidit.

Mar-

Marcum Antonium magnum, virum & ingenij nobilis, quæ alia res perdidit, & in externos mores ac vitia non Romana traiecit, quam ebrietas? Nec minor vino Cleopatrę amor. Hęc illam res hoſtem Reip. Hæc hoſtibus ſuis imparem reddidit, hæc crudelem fæcit. cùm capita principum ciuitatis cœnanti referrentur, cùm inter apparatiſſimas epulas luxuſq; regales ora, ac manus proſcriptorum recognoſceret, cum vino grauis, ſitiret tamen ſanguinem. Intolerabile erat quod ebrius faciebat: ſi ſobrius facerat, quanto intolerabilius quod hæc ipſa in ebrietate faciebat? Ferè vinolentiam crudelitas ſequitur, vallatur enim exaſperaturq; ſanitas mentis. Ibid.

DE EXILIO. CAP. LXIV.

Remedium exilij accommodiſſimum quod.

ADuerſus ipſam locorum mutationem detractis certis incõmodis, quæ exilio adhærent, ſatis hoc remedij putat Varro doctiſſimus Romanorum. Quocunque, inquit, venimus, eadem rerum natura vtendum eſt. M. Brutus ſatis hoc putat, quod licet in exilium euntibus virtutes ſuas ad locum ferre ſecum, ad quem migraturi ſunt Duo igitur quæ pûlcherrima ſunt, quocunq; nos mouerimus, Lib. de cõſola. ad Albinam.

ſequantur. Natura communis, & propria virtus.

Ibid. Neceſſarijs rebus exilia ſufficiunt, ſuperuacuis nec regna.

Ibid. Cupiditati nihil ſatis eſt, naturæ etiam ſatis eſt parum. Nullũ ergo paupertas exulis incõmodum habet: nulli etiam tam inops exilium eſt, quod non alendo homini abundè fertile ſit: an veſtem, an domum deſideraturus eſt exul, ſed ſi hoc quoque ad vſum tantum deſiderabit: neque tectum ei deerit, neque velamen. Neque enim exiguo tegitur corpus, quam alitur. Nihil enim homini natura quod neceſſarium faciebat, fecit operoſum.

Exilium paucis alitur.

Ibid. Me quoties antiqua exempla reſpexi paupertatis vti remedijs pudet. Quoniamquidem eo temporum luxuria prolapſa eſt, vt maius viaticum exulum ſit, quam olim patrimonium principum fuit. Vnum fuiſſe Homero ſeruum, tres Platoni, nullum Zenoni, a quo cœpit Stoicorum rigida ac virilis ſapientia, ſatis conſtat. Num ergo quiſquam eos miſeros vixiſſe dicet, vt non ipſe miſerrimus ob hoc omnibus videatur.

Patria vbicunqu: benè.

Ibid. Brutus dicebat, quod patria carere non eſſet miſerum. Ita enim ſe diſciplinis

plinis imbuerat, vt ſciret omnem locum ſapienti viro patriam eſſe.

Nulla terra exilium eſt. libr. de remedijs fortui.

Patria eſt, vbicunque bene eſt.

Mors, exilium, luctus, dolor, non ſunt ſupplicia, ſed tributa viuendi. Ibid.

DE EXERCITATIONE.

CAP. LXV.

Exercitatio quando vtilis.

NOn eſt vtilis exercitatio, niſi quæ operi ſimillima eſt illi quod exerceat. Libr. 5. cõtrouerſ.

DE ELOQVENTIA.

CAP. LXVI.

Nemo eloquentiam totam habet, adeò magna eſt & varia.

MAgna & varia res eſt eloquẽtia, nec adhuc vlli ſic indulſit, vt tota contingeret: ſatis fœlix eſt, qui in aliquam eius partem eſt receptus. li. 3. declama.

Ingenia fauor alit.

Magna debet eſſe eloquentia, quæ inuitis placeat: cùm ingenia fauor hominum oſtendat, fauor alat. lib. 10. declamat.

Athenæ eloquentia, Thebæ ſacris, Spartha armis inclyta.

Omnibus ſua decora ſunt, Athenæ eloquentia inclytæ ſunt, Thebæ ſacris, Spartha armis. lib. 1. ſua ſoriar.

In omnibus ſtudijs error eſt, maximè tamen in eloquentia, eo quod regulam non habeat.

ſequantur. Natura communis, & propria virtus.

Ibid. Neceſſarijs rebus exilia ſufficiunt, ſuperuacuis nec regna.

Ibid. Cupiditati nihil ſatis eſt, naturæ etiam ſatis eſt parum. Nullũ ergo paupertas exulis incõmodum habet: nulli etiam tam inops exilium eſt, quod non alendo homini abundè fertile ſit: an veſtem, an domum deſideraturus eſt exul, ſed ſi hoc quoque ad vſum tantum deſiderabit: neque tectum ei deerit, neque velamen. Neque enim exiguo tegitur corpus, quam alitur. Nihil enim homini natura quod neceſſarium faciebat, fecit operoſum.

Exilium paucis alitur.

Ibid. Me quoties antiqua exempla reſpexi paupertatis vti remedijs pudet. Quoniamquidem eo temporum luxuria prolapſa eſt, vt maius viaticum exulum ſit, quam olim patrimonium principum fuit. Vnum fuiſſe Homero ſeruum, tres Platoni, nullum Zenoni, a quo cœpit Stoicorum rigida ac virilis ſapientia, ſatis conſtat. Num ergo quiſquam eos miſeros vixiſſe dicet, vt non ipſe miſerrimus ob hoc omnibus videatur.

Patria vbicunqu: benè.

Ibid. Brutus dicebat, quod patria carere non eſſet miſerum. Ita enim ſe diſciplinis

plinis imbuerat, vt ſciret omnem locum ſapienti viro patriam eſſe.

Nulla terra exilium eſt. libr. de

Patria eſt, vbicunque bene eſt. remedijs

Mors, exilium, luctus, dolor, non ſunt ſupplicia, ſed tributa viuendi. fortui.

DE EXERCITATIONE. Ibid.

CAP. LXV.

Exercitatio quando vtilis.

NOn eſt vtilis exercitatio, niſi quæ operi ſimillima eſt illi quod exerceat. Libr. 5. cõtrouerſ.

DE ELOQVENTIA.

CAP. LXVI.

Nemo eloquentiam totam habet, adeò magna eſt & varia.

MAgna & varia res eſt eloquẽtia, nec adhuc vlli ſic indulſit, vt tota contingeret: ſatis fœlix eſt, qui in aliquam eius partem eſt receptus. li. 3. declama.

Ingenia fauor alit.

Magna debet eſſe eloquentia, quæ inuitis placeat: cùm ingenia fauor hominum oſtendat, fauor alat. lib. 10. declamat.

Athenæ eloquentia, Thebæ ſacris, Spartha armis inclytæ.

Omnibus ſua decora ſunt, Athenæ eloquentia inclytæ ſunt, Thebæ ſacris, Spartha armis. lib. 1. ſuaſoriar.

In omnibus ſtudijs error eſt, maximè tamen in eloquentia, eo quod regulam non habeat.

Libr. 5. cõtro- uerſ. Tantus error eſt in omnibus ſtudijs, maximèq; in eloquentia, cuius regula incerta, vt vitia ſua quidam & intelligant, & ament.

DE FALLACIA.
Cap. LXVII.

Epi. 3. lib. 1. MVlti fallere docuerunt, dum timent falli: & illi ius peccandi ſuſpicando fecerunt.

lib. de quatu. virtut. Prudens fallere non vult, falli non poteſt.

Ibid. Boni eſt viri, etiam in morte, neminem fallere.

In prouer. Prius ſi negaueris feciſſe, poſtea fallere eſt.

Ibid. Fraus eſt accipere, quod non poſſis reddere.

Decipiti te potius ſinas quàm tu alios fallas.

In Thebaid. *Quoties neceſſe eſt fallere, aut falli à ſuis:*
Patiare potius ipſe, quàm facias ſcelus.

DE FAMA. Cap. LXVIII.

lib. 6. benefi. MAlè agit, qui famæ, non conſcientiæ gratus eſt.

Fama vocem deſiderat.

Epiſt. 2. li. 17. Ad gloriam & famam, non eſt ſatis vnius opinio. Fama vocem deſiderat.

lib. 10. declamat. Nunquam vnius malo publica fama corrumpitur.

Excuſatius eſt in malum colorem incidere, quam tranſire.

Libr. 4. cõtrouerſ. Bonæ famæ, neque tuæ ſis ſeminator,

Digitized by Google

tor, neque alienæ inuidus. libr. de quatu. virtuti.

Bona fama homini tutior eſt pecunia.

Bona fama in tenebris, proprium ſplendorem obtinet. In prouer.

Damnum appellandum eſt, cum mala fama lucrum. Ibidē.

Plerique famam, conſcientiam pauci verentur. Ibid.

DE FAME. CAP. LXIX.

PAruo fames conſtat, magno faſtidium. Paupertas contenta eſt deſiderijs inſtantibus ſatisfacere. Epiſt. 5. lib. 2.

Superflua reſecare, res eſt non magni momenti.

Non eſt quod te nimis laudes, ſi contempſeris aureos lectos, & gemmeam ſupellectilem. Quæ eſt enim virtus ſuperuacua contemnere? Tunc te admirare, cùm contempſeris neceſſaria. Non rem magnam facis, quod viuere ſine regio apparatu potes: quod non deſideras miliarios apros, nec linguas Phęnicopterorum, & alia portenta luxuriæ iam tota animalia faſtidientis, & certa membra ex ſingulis eligentis. Tunc te admirabor, ſi non contempſeris ètiam ſordidum panem, ſi tibi perſuaſeris herbas. Epiſt. 3. li. 19.

Quicquid naturam excedit, ſcias precarium eſſe, non neceſſarium. Eſurio edendum eſt. Vtrum hic panis ſit Epiſt. 5. li. 21.

plebeius, an ſiligineus, ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delectari vult, ſed impleri. Sitio, vtrum hęc aqua ſit ex lacu proximo excepta, an ea quam multa niue eliſero, vt rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet. Illa hoc vnũ iubet, ſitim extingui. Vtrum ſit aureum poculum, an cryſtallinum, an vitreũ, an Tyburtinus calix, an manus concaua, nihil refert. Finem omnium rerum ſpecta, & ſuperuacua deuites. Fames me appellat, ad proxima quæ que extẽdatur manus. Nihil contemnit eſuriẽs, &c.

Ibid. Ambitioſa non eſt fames, contenta deſinere eſt: quo deſinat, non nimis curat.

DE FATO. CAP. LXX.

Mors foribus imminet noſtris.

li. 3. de ira. STat ſuper caput fatum, & pereuntis dies imputat, propiuſque ac propius accedit.

Fata manent omnes.

lib. de breuit. vitæ. Nauigantibus nullus portus niſi mortis eſt. Omnibus illud nobis iter commune eſt, quid fata deflemus? Quiſquis enim ad vitam editur, ad mortem deſtinatur. Alium alio tempore fata comprehendent, neminem præteribũt. In procinctu ſtet animus, & id quod neceſſe eſt nunquã timeat: quod incertum eſt, ſemper expectet.

Omnes

Omnes enim, imo omnia in vltimum diem ſpectant, quamuis non idem vniuerſis finis ſit. Alium in medio curſu vita deſerit, alium in ipſo aditu relinquit, aliũ in extrema ſenectute fatigatum iam & exire cupientem, vix emittit: alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundẽ locũ tẽdimus.

Ita fato placuit, nullius rei eodem ſemper loco ſtare fortunam. lib. de cõſol. ad Albinam.

Fatum immutabile eſt, ex quo humanum genus regi neceſſariò quidam opinantur, ſed falsò: niſi intelligant per fatum, Dei voluntatem, & hæc immutabilis eſt.

Deſine fata Deûm flecti ſperare precando. Rata & fixa ſunt, & magna atque ęterna neceſſitate ducuntur: eo ibis, quo omnia eunt. Quid igitur fles? quid optas? perdis operam Series inuicta, & nulla mutabilis ope illigat, ac trahit cuncta. Epiſt. 1. li. 11. Virg. li. 6. Æneid.

Vnicuique ſuum manet fatum.

Obiurgamus quotidie fatũ. Quare ille non rapitur? Quare ille in medio curſu raptus eſt? Quare ſenectutem & ſibi, & alijs grauem extendit? Vtrum te obſecro æquius iudicas, te naturæ, an tibi parere naturam? Quid autem intereſt, quam citò exeas, dum vtique exeundum eſt. Non vt diu viuamus curandum eſt ſed vt ſatis. Nam Epi. 5. lib. 14.

vt diu viuas, fato opus eſt: vt ſatis, animo.

Fatorum ſeries æquo animo ferenda.

Epiſt. 4. li. 18. Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis: & Deum quo auctore cuncta proueniunt, ſine murmuratione comitari. Malus miles eſt, qui Imperatorem gemens ſequitur. Quare impigrè atq; alacres excipiamus imperia: nec deſinamus hunc operis pulcherrimi curſum, cui quicquid patimur, intextum eſt. Et ſic alloquamur Iouem: Duc me ſumme parens celſiq; dominator poli, quocunque placuerit. Nulla parēdi mora eſt. Aſſum impiger. Fac nolle, comitabor gemens, maluſque patiar, quod pati licuit bono. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Sic viuamus, ſic loquamur, paratos nos inueniat, atque impigros fatum. Hic eſt magnus animus, qui ſe eo tradidit. At contra, ille puſillus ac degener, qui obluctatur, & de ordine mundi malè exiſtimat: & emendare mauult Deum, quam ſe.

Libr. de diuina proui. cap. 5. Quid eſt boni viri? præbere ſe fato. Grande ſolatium eſt cum vniuerſo rapi. Quid eſt quod nos ſic viuere, ſic mori iuſſi? eadem neceſſitate & Deos alligat irreuocabilis humana pariter ac diuina curſus vehit. Ille ipſe omnium conditor ac rector ſcripſit quidem

dem fata, ſed ſequitur. Semper paret, ſemel iuſſit.

Neminem illæſum fata tranſmittunt. libr. de remedijs fortui;

An fata quopiam caſu mutentur.

Nonnulli mutabilia dicunt eſſe fata, & nihil aliud eſſe exiſtimāt, quam ægræ mentis ſolatia. Aliter ius ſuum peragunt; nec vlla commouentur prece: non miſericordia flectuntur, non gratia. Seruant curſum irreuocabilē, ingeſta & deſtinata fluunt. Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in ſe non recurrit, nec moratur quidem; quia priorem ſuperueniens præcipitat: ſic ordinem fati æterna ſeries tegit, cuius hæc prima lex eſt, ſtare decreto. Quid enim intelligis fatum? exiſtimo neceſſitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat: Hanc ſacrificijs, & capite niueæ agnæ exorari iudicas? Diuina non noſti. Sapientis quoque viri ſententiam negatis poſſe mutari: tanto magis Dei, cùm ſapiens quid ſit optimum, in preſentia ſciat, illius diuinitati omne præſens ſit? libr. 2. natur. quæſt.

Vnuſquiſque ſuos patitur Manes.

Circuit fatum, & ſi quid diu prætērijt, repetit. Quædam ratius ſollicitat, ſæpius quædam. Nihil immune eſſe, & innoxium ſinit. Non homines Libr. 6. natur. quæſt.

tantum, qui breuis, & caduca res naſcimur: vrbes oræque terrarum, & littora, & ipſum mare in ſeruitutem fati venit. Nos tamen nobis permanſura promittimus bona futuræ, & fœlicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis velociſſima eſt leuitas, habituram in aliquos pondus ac moram credimus. Et perpetua ſibi omnia promittentibus in mentem non venit, id ipſum, ſupra quod ſtamus, ſtabile non eſſe.

In Oedipo. *Fatum (ſeu cauſarũ ordo) immutabile eſt, ex quo humanum genus regi neceſſario quidam opinantur, ſed falsò.*

In Octauia.
Fatis agimur, credite fatis.
Non ſollicitæ poſſunt curæ
Mutare rati ſtamina fuſi.
Regitur fatis mortale genus
Nec ſibi quiſquam ſpondere poteſt
Firmum & ſtabile: perque caſus
Voluitur varios ſemper nobis
Metuenda dies.

DE FACILITATE.
CAP. LXXI.

libr. de morte Claudij. OMnia procliuia ſunt, & facilè deſcenditur.

DE FAVORE POPVLI.
CAP. LXXII.
Noli populo placere.

Epi. I. lib. 4. NVnquam volui populo placere. Nam quæ ego ſcio, non probat popu-

populus: quæ probat populus, ego neſcio. Quis enim placere poteſt populo, cui placet virtus? Malis artibus popularis fauor quæritur: ſimilem te illis facias oportet. Non probabunt, niſi agnouerint: multò autem ad rem magis pertinet qualis tibi videaris, quam qualis alijs. Conſiliari niſi turpi ratione amor turpium non poteſt.

Aſſenſio popularis omne ſtudium vitiat.

Antiquus Poeta ait: Laus alterius, non laudationem dicit, quæ corrũpit artes. Nihil enim ęquè & eloquentiã, & omne aliud ſtudium auribus deditum vitiauit, quã popularis aſſenſio. Epi. 2. lib. 17.

Qui virtutem ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed gloriæ. Non vis eſſe iuſtus ſine gloria? At me Hercule ſæpe, iuſtus eſſe debebis cum infamia. Et tunc ſi ſapis, mala opinio bene parta delectet. Epi. 1. lib. 20.

Naturale eſt opinionibus hominum tangi, & aduerſis contriſtari. Epi. 2. lib. 21.

At qui fauoris gloriam veri petit
Animo laudari magis, quam voce volet. In Thyeſte.
Inuidia faſtum, ac ſermo popularis premet. In Hercule furẽte.

DE FIDE. CAP. LXXIII.

VTrumque vitium eſt, & omnibus credere, & nulli. Epi. 3. lib. 1.

Duo ſunt quæ animum roborant.

Epiſt. 6.li.14. Duæ res plurimum roboris animo dant, fides veri, & fiducia.

lib. 4. natur. quæſt. Nuſquam tuta fides.

Etiã peccato rectè præſtatur fides.

In prouer. Fidem qui perdit, ſe ſeruat in reliquum.

Ibid. Fidem qui perdit non poteſt vltra perdere.

Ibid. Fides vt anima vnde abijt, nunquam redit.

Ibid. Fidem nemo vnquam perdit, niſi qui non habet.

Fides aduerſis rebus abeſt.

In Hercule œteo. *Non rata fides vbi iam melior*
Fortuna ruit.

Fides prohibet arcana loqui.

In Oedipo. *Fatere, ne te cogat ad verum dolor.*
Senex, prohibet fides.

In Octauia. *Teneris in annis haud ſatis clara eſt*
fides.

Fidem in iniuſta cauſa ſeruare
ſcelus eſt?

In Hercule œteo. *Præſtare fateor poſſe me tacitam fidem*
Si ſcelere careat, interim ſcelus eſt
fides.

DE FORTVNA.

CAP. LXXIV.

lib. 2. de ira. NOn vides, vt maiorem quamq; fortunam, maior ira comitetur. In diuitibus, nobilibuſque præcipuè apparet: cùm quicquid leue & inane in animo erat, ſecũda ſe aura ſuſtulit.

Fortu-

Fortuna non ſemper omnibus æquè propicia, ſed anceps eſt.

Nulli fortuna tam dedita eſt, vt multa tentanti vbique reſpondeat. lib. 5. de ira.

Magnæ fortunæ proprietas.

Magnam fortunam, magnus animus decet: qui niſi ſe ad illam extulit, & altior ſtetit, illam quoque infra terram deducit. Magni autem animi eſt proprium, placidum eſſe tranquillumque: & iniurias atque offenſiones ſemper deſpicere. li. 1. de clemẽtia.

Nuntiato naufragio, Zeno noſter, cùm omnia ſua audiret ſubmerſa: iubet, inquit, me fortuna expeditius philoſophari. libr. 1. de trãquil. vitæ.

Fortuna quos deſerit, triſtes reddit.

Lætiores videbis quos nunquam fortuna reſpexit, quàm quos deſeruit. Ibid.

Nulla re maior inuidia fortunæ fit, quam æquo animo. lib. de cõſola. ad Mar.

In proſperis aduerſa timenda.

Sæpe admonendus eſt animus metuere vt receſſura, imò tãquã recedẽtia, quicquid à fortuna datũ eſt, tanquam exẽplum ab authore poſſideas. Ibid.

Nullum fruſtra cadet telum, quod in confertum agmen immiſſum eſt. Ibid.

Neminem aduerſa fortuna comminuit, niſi quem ſecunda decepit. lib. de cõſol. ad Alb.

Fortuna variabilis.

Ita fato placuit, nullius rei eodem Ibid.

Epiſt. 6.li.14. Duæ res plurimum roboris animo dant, fides veri, & fiducia.

lib. 4. natur. quæſt. Nuſquam tuta fides.

Etiã peccato rectè præſtatur fides.

In prouer. Fidem qui perdit, ſe ſeruat in reliquum.

Ibid. Fidem qui perdit non poteſt vltra perdere.

Ibid. Fides vt anima vnde abijt, nunquam redit.

Ibid. Fidem nemo vnquam perdit, niſi qui non habet.

Fides aduerſis rebus abeſt.

In Hercule œteo. *Non rata fides vbi iam melior*
Fortuna ruit.

Fides prohibet arcana loqui.

In Oedipo. *Fatere, ne te cogat ad verum dolor.*
Senex, prohibet fides.

In Octauia. *Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides.*

Fidem in iniuſta cauſa ſeruare
ſcelus eſt?

In Hercule œteo. *Præſtare fateor poſſe me tacitam fidem*
Si ſcelere careat, interim ſcelus eſt fides.

DE FORTVNA.

CAP. LXXIV.

lib. 2. de ira. NOn vides, vt maiorem quamq; fortunam, maior ira comitetur. In diuitibus, nobilibuſque præcipuè apparet: cùm quicquid leue & inane in animo erat, ſecũda ſe aura ſuſtulit.

Fortu-

Fortuna non ſemper omnibus æquè propicia, ſed anceps eſt.

Nulli fortuna tam dedita eſt, vt multa tentanti vbique reſpondeat. lib. 3. de ira.

Magnæ fortunæ proprietas.

Magnam fortunam, magnus animus decet: qui niſi ſe ad illam extulit, & altior ſtetit, illam quoque infra terram deducit. Magni autem animi eſt proprium, placidum eſſe tranquillumque: & iniurias atque offenſiones ſemper deſpicere. li. 1. de clemẽtia.

Nuntiato naufragio, Zeno noſter, cùm omnia ſua audiret ſubmerſa: iubet, inquit, me fortuna expeditius philoſophari. libr. 1. de trãquil. vitæ.

Fortuna quos deſerit, triſtes reddit.

Lætiores videbis quos nunquam fortuna reſpexit, quàm quos deſeruit. Ibid.

Nulla re maior inuidia fortunæ ſit, quam æquo animo. lib. de cõſola. ad Mar.

In proſperis aduerſa timenda.

Sæpe admonendus eſt animus metuere vt receſſura, imò tãquã recedẽtia, quicquid à fortuna datũ eſt, tanquam exẽplum ab authore poſſideas. Ibid.

Nullum fruſtra cadet telum, quod in confertum agmen immiſſum eſt. Ibid.

Neminem aduerſa fortuna comminuit, niſi quem ſecunda decepit. lib. de cõſol. ad Alb.

Fortuna variabilis.

Ita fato placuit, nullius rei eodem ſemper Ibid.

ſemper loco ſtare fortunam.

Epi. 4. lib. 1. Neminem eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum promiſerit. Momento mare euertitur: eodem die vbi luſerunt nauigia, ſorbentur.

Epiſt. 8. lib. 1. Alienum eſt omne quicquid optando venit: nec eſt tuum, fortuna quod fecit tuum.

Attali feſtiuæ ſententia.

Epiſt. 2. lib. 9. Attalus Stoicus dicere ſolebat: Malo me fortuna in caſtris ſuis, quàm in delitijs habeat: torqueor, ſed fortiter, bene eſt: occidor, ſed fortiter, bene eſt.

Epi. 5. lib. 10. Quiſquis ſe multum fortuitis dedit, in gentem ſibi materiam perturbationis & inexplicabilem fecit.

Ibid. Nullus contra fortunam inexpugnabilis murus eſt.

Epi. 6. lib. 11. Non habet fortuna longas manus.

Fortuna ſapientis viri actus non excludit.

Epiſt. 3. li. 12. Nulla fortuna, nulla res, actus ſapientis excludit. Id enim ipſum agit, quo alia agere prohibetur Ad vtroſq; caſus aptus eſt, bonorum rector eſt, malorum victor. Sic, inquam, ſe exercuit, vt virtutem tam in ſecundis, quã in aduerſis exhiberet: nec materiam eius, ſed ipſam intuetur.

Ibid. Non ex ebore tantum Phidias ſciebat facere ſimulachra, faciebat ex ęre: ſi mar-

ſi marmor illi, ſi adhuc viliorem materiam obtuliſſes, feciſſet quale ex illa fieri optimum poſſet: Sic ſapiens virtutem ſi licebit, in diuitijs explicabit: ſin minus, in exilio: ſi poterit, imperator: ſi minus, miles: ſi poterit integer: ſi minus, debilis: quamcunque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.

Fortunæ mutabilitas maxima.

Fortuna inuenit pericula ſine auctore: nullum tempus exceptum eſt, in ipſis voluptatibus, cauſæ doloris oriuntur. Bellum in media pace conſurgit, & auxilia ſecuritatis, in metum tranſierunt. Ex amico inimicus, hoſtis ex ſocio. Epiſt. 3. li. 14.

Sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria. Ibid.

Audentes fortuna iuuat. Epi. 6.

Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. Quare? quia infixa nobis eius rei auerſatio eſt, quam natura damnauit. lib. 14. Epiſt. 2. li. 16.

Valẽtior omni fortuna, animus eſt, in vtramq, partem ipſe res ſuas ducit, beatæq; ac miſeræ vitæ ſibi cauſa eſt. Epiſt. 3. li. 16.

Poteſt fortunam cauere, qui poteſt ferre. Ibid.

Rem nobis eripit caſus, vſum fructumque apud nos relinquit. Ibid.

Iactantur cuncta, & in contrarium Epiſt. 4. li. 16.

tran-

tranſeunt iubente fortuna: & in tanta voluntatione rerũ humanarum, nihil cuiquam, niſi mors certum.

Epiſt. 1. li. 20. Non eſt quod vnquam fortunæ armis putes eſſe te tutum. Tuis pugna cõtra ipſam fortunam, non armatus.

Ibid. Nemo eſt cui fortuna ſua, etiam ſi curſu venit, ſatisfaciat.

libr. de diuina prou. cap. 4. Prębendi fortunę ſumus, vt contra illam ab ipſa duremus: paulatimque enim nos ſibi pares faciet: contemptumque periculorum aſſiduitas periclitandi dabit.

Fortuna contra fortiſſimos dimicat.

Ibid. cap. 3. Ignominiam iudicat gladiator cum inferiori cõponi, & ſcit eum ſine gloria vinci, qui ſine periculo vincitur. Idem facit fortuna, fortiſſimos ſibi pares quærit, quoſdam faſtidio trãſit. Contumaciſſimum quęque & rectiſſimũ aggreditur, aduerſus quẽ ſuam vim intendat: Ignemque experitur in Mutio, paupertatem in Fabritio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, venenum in Socrate. Magnum exemplum, niſi mala fortuna, non inuenit.

Libr. 2. declamat. Tutior aduerſus fortunam eſt, cui aliquid poſt damnum ſupereſt.

Vir fortis non ſuccumbit fortunæ.

li. 4. declama. Magni viri neſciunt ſuccumbere fortunæ & aduerſas res ſuæ virtutis experimenta faciunt.

For-

Fortuna inſtabilis verſatq́ hominũ opera.

Vices humanę fœlicitatis continuò mutantur:luditq; ſuis fortuna muneribus. Et quæ dedit, aufert:& quæ abſtulit, reddit. Nec vnquam tutius eſt eam experiri, quàm cum locum iniuriæ non habet. Omnia tibi fortuna abſtulit, ſed ſpem reliquit. Tolle ſpem hominibus, nemo victus retentabit arma. Nemo infœliciter experta negociatione, alios appetet quæſtus. Nemo naufragus viuet. Spes eſt vltimum aduerſarum rerum ſolatium. li. 5 declam.

Frangitur calamitoſus animus, & ipſa ſe infœlicitas damnat:& hoc cõditio humana vel peſſimum habet, quod fortuna quos miſeros fecit, & ſuperſtitioſos facit. li. 8. declam.

Dies quod donat, timeas, citò raptum venit. In prouer.

Fortuna cùm blanditur, captatum venit. Ibid.

Fortunam citius reperies, quam retineas, Ibid.

Fortuna vnde aliquid fregit, caſus eſt. Ibid.

Fortuna nimium quem fouet, ſtultum facit. Ibid.

Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel, Ibid.

Fortuna nulli plus, quàm conſilium valet. Ibid.

Fortu-

Ibid. Fortuna vitrea eſt, quæ cùm ſplendet, frangitur.

Ibid. Miſerrima eſt fortuna, quæ inimico caret.

Ibid. Magnam fortunam, magnus animus decet.

Ibid. Malè geritur, quicquid geritur fortunæ fide.

Fortuna inſtabilis.

In Hippolyto.
Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, ſpargitq; manu
Munera cæca, peiora fouens.

In Medea.
Fortuna fortes metuit, ignauos premit.
Fortuna opes auferre, non animũ poteſt.

Ibid. *Rapida fortuna ac leuis.*

Ibid.
Præcepſq; regno eripuit, & exilio dedit,
Confide regnis cùm leuis magnas opes
Huc ferat, & illuc caſus.

In Hercule furente.
Iniqua rara maximis virtutibus
Fortuna parcit, nemo ſe tuto diu
Periculis offerre tam crebris poteſt.
Quẽ ſæpe trãſit caſus, aliquãdo inuenit.

In Hippolyto.
Nec vlli præſtat velox
Fortuna fidem.
Fortuna leuis eſt dea.

In Octauia.
Quoque fortuna altius
Euexit, atque leuauit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere fœlicem decet,
Varioſq; caſus tremere, & metuentem
Deos.

In Troade.
Nimium fauẽtes magna momẽto obrui
Vincendo didici.

DE

DE FRAVDE.

CAP. LXXV.

FRaus eſt accipere, quod non poſſis reddere. In prouer.

DE FORTITVDINE.

CAP. LXXVI.

Fortitudo quando ſuas non ſortitur vires.

PErit fortitudo, quę periculum facere debuit ſui: perit magnanimitas, quæ non poteſt eminere, niſi omnia velut minuta contempſerit, quæ proximis vulgus optat, perit gratia & relatio gratiæ. Epi. 5. lib. 10.

Fortitudo quid.

Quid eſt fortitudo? Munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile. Quod qui circundedit, ſibi ſecurus in hac vitę obſidione perdurat. Vtitur enim ſuis viribus, ſuis telis. Hoc loco tibi Poſſidonij noſtri ſententiam referre volo: Non eſt quod vnquam fortunæ armis putes eſſe te tutum. Tuis pugna contra ipſam fortunam, non armatus. Itaque contra hoſtes inſtructi, contra ipſam inermes ſunt. Epi. 1. lib. 20.

Omnia poſſumus in eo qui nos confortat.

Nimis magna promittis ais, nimis dura pręcipitis. Nos homũtiones ſumus, omnia nobis negare non poſſumus. Dolebimus, ſed parum. Concupiſcemus, ſed tẽperatè. Iraſcemur, Epi. 2. libr 21.

ſed

ſed placabimur. Scis quare non poſſimus iſta? quia nos poſſe nõ credimus. Immò me hercule, aliud eſt in re. Vitia noſtra quia amamus, defendimus & malumus excuſare illa, quam excutere. Satis natura homini dedit roboris, ſi illo vtamur, ſi vires noſtras colligamus, ac totas pro nobis, certè nõ contra nos concitemus. Nolle in cauſa eſt, non poſſe prætenditur.

DE FORMA. CAP. LXXVII.

Forma bonum eſt fragile.

In Hippolyte. *ANceps forma bonum mortalibus*
Exigui donum breue temporis.
Vt velox celeri pede laberis.
Non ſic vere nouo prata decentia
Æſtatis calida diſpoliat vapor
Sæuit ſolſtitio cùm medius dies.
Sed noctem breuibus præcipitat rotis
Langueſcunt folio lilia pallido.
Et grata capiti deficiunt roſæ.
Vt fulgor teneris qui radiat genis
Momento rapitur, nullaq; non dies
Formoſi ſpolium corporis abſtulit.
Res eſt forma fugax.
Ibid. *Raro forma viris (ſecula proſpice)*
Impunita fuit.

DE FOELICITATE. CAP. LXXVIII.

li. 3. de ira. NVnquam erit fœlix, quem torquebit fœlicior. Nulli ad aliena reſpicienti, ſua placent.

Fœlicitas

Fœlicitas hominis reddit auidos ad potiora.

Facit auidos nimia fœlicitas: nec tam temperatæ cupiditates ſunt vnquã, vt in eo quod contingit, deſinãt. li 1. de clem.

Clementia in quamcumq; domum peruenerit, eam fœlicem, tranquillamque præſtabit. Sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Ibid.

Non durat, nec ad vltimum exit, niſi lenta fœlicitas. libr. de conſolat. ad Mart.

Fœlicitas res inquieta, ſi fuerit nimia.

Res eſt inquieta fœlicitas.

Magnanimi eſt magna cõtemnere, ac mediocria malle, quam nimia. Ita enim vtilia vitaliaque ſunt. At hæc eo quo ſuperfluunt, nocent. Sic ſegetem nimia ſternit vbertas: ſic rami onere franguntur: ſic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. Idem animis quoque euenit, quos immoderata fœlicitas rumpit. qua non tantum in aliorum iniuriam, ſed etiam in ſuam vertuntur. Neceſſe eſt enim in immenſum exeat cupiditas, quæ naturalem modum tranſilit. Epiſt. 1. lib. 5. Epiſt. 4. li. 5.

Fœlicitas quando premit.

Fœlicitas niſi temperetur, premit: ſi fugatiſſimis bonis credit, citò deſeritur, & vt deſeratur, affligitur. Epi. 5. lib. 10.

Non eſt quod credas quenquam fieri aliena infœlicitate fœlicem. Epi. 6. lib. 14.

Secunda

Ibid. Secunda recta auferunt.

Fœlicitas ſemper inquieta.

Epiſt. 1. li. 21. Nemo eſt cui fœlicitas ſua, etiam ſi curſu venit, ſatisfacit.

Plerunque infœliciſſimi fœlices exiſtimantur.

lib. de diuina proui. cap. 6. Iſti quos pro fœlicibus aſpicitis, ſi non qua currunt, ſed qua latent videris, miſeri ſunt, ſordidi, turpes, ad ſimilitudinem parietum ſuorum extrinſecus culti. Non eſt ita ſolida & ſyncera fœlicitas cruſta eſt, & quidem tenuis, itaque dum illis licet ſtare, & ad arbitrium ſuum oſtendi, nitent & imponunt. Cùm aliquid inciderit, quod diſturbet ac detegat: tunc apparet quantum altæ ac veræ fœditatis alienus ſplendor abſconderit.

Fœlix quis.

libr. de remedijs fortui. Fœlix eſt, non qui alijs videtur, ſed qui ſibi.

li. 1. ſua ſoriar. Nunquam ſolido ſtetit ſuperba fœlicitas, & ingentium imperiorum magna faſtigia obliuione fragilitatis humanæ colapſa ſunt.

Ibid. Intolerabilis malo ingenio fœlicitas eſt: nihilq; cupiẽtes magis accẽdit, quã propriæ turpitudinis conſciẽtia.

Lib. 2. cõtrouerſ. Omnis inſtabilis & incerta fœlicitas eſt.

Fœlicitas res fragilis, & tantum cum periculo blandus nitor.

Fragi-

Fragilis & caduca fœlicitas eſt, & omnis fortunæ blandientis ſpecioſus cum periculo nitor, & ſine cauſa ſæpe fluit, & ſine ratione deſtituit. Libr. 3. cōtro- uerſ.

Nemo fœlicitatis ſuæ obliuiſcitur. libr. de morte Claudij.

Vera fœlicitas, innocentia eſt: nequitia ipſa ſui pœna eſt. lib. de morib.

Si fœlicitatem iactaueris, cum multis diues eris. Ibid.

Irritare eſt calamitatem, cùm te fœlicem vocaueris. In prouer.

DE FVGA. CAP. LXXIX.

Mali citò fugiunt.

MAlis hominibus tutiſſimum eſt citò fugere. lib. de morib.

Fugienda ſunt ſubſcripta virtutis candidatis omni animi ſtudio.

Fugienda ſunt omnibus modis, & abſcindenda igni ac ferro totoque artificio ſeparanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à mente: à ciuitate ſeditio, à domo diſcordia, à cunctis rebus intemperantiæ. Ibid.

DE FVRORE. CAP. LXXX.

Furor maximus inſontem hominem reddit: quia in hominum poteſtate non eſt.

SOlus te iam præſtare poteſt
Furor inſontem, proxima puris
Sors eſt manibus, neſcire nephas. In hercule furente.

G DE

DE FVTVRIS.

CAP. LXXXI.

Vltra humanam eſt ſortem, qui futura prædicit.

lib. I. ſua ſoriar. DEliberabat Alexander Magnus, an Babiloniam intret, cum denunciatum eſſet illi reſponſo auguris periculum Arelij Fuſci. Quis eſt qui futurorum ſcientiam ſibi vendicet? Nouæ oportet ſortis ſit, qui iubente Deo canat, non eodem contentus ſit vtero, quo imprudentes naſcimur, quandam imaginem Dei, pręferat qui iuſſa exhibeat Dei, ſic eſt. Tantum enim regem, tantique rectorem orbis eſſe in metu cogit: magnus iſte eſt, ſupra humanæ ſortis habitum oportet ſit cui liceat terrere Alexandrum. Ponat iſte ſuos inter ſydera patres, & originem cœlo trahat, agnoſcat ſuum vatem Deus, non eodem claudatur vitę fine, ætate magna, extra omnem futurorum neceſſitatem caput ſit, quod gentibus futura præcipiat.

DE FVLMINE.

CAP. LXXXII.

Quid fulmen?

lib. 2. natur. quæſt. QVid eſt fulmen? atrioris denſioriſque ſpiritus curſus.

Fulminis vehementia.

Ibid. Magnorum ſæpe incẽdiorum cauſa fulmen fuit. Syluæ illo crematæ, & vrbium

vrbium partes,etiam quę non percuſſa ſunt,tamen aduſta cernũtur. Quædam verò velut fuligine colorantur. Quid quod omnibus fulguratis odor ſulphureus eſt. Ergo & vtramque rem ſcilicet fulmen & fulguratio, ignem eſſe conſtat, vtramque rem inter ſe meando diſtare. Fulguratio eſt fulmen, non terras vſque perlatum. Et rurſus licet dicas fulmen eſſe fulgurationes, vſque in terras perductas,non ad exercendum verba hęc diutius pertracto:ſed vt iſta cognata eſſe, & eiuſdem notæ ac naturæ probem.

Natura fulminũ mira.

Mira fulminis ſi intueri velis opera ſunt, nec quicquam dubij relinquentia, quin diuina inſit illis & ſubtilis potentia. Loculis integris ac illæſis conflatur argentum Manente vagina gladius liqueſcit, & inuiolato ligno circa pila ferrum omne diſtillat. Stat fracto dolio vinum, nec vltra tridum rigor ille durat. Illud æquè inter annotanda ponas. Licet quòd & hominum & cæterorum animalium quæ icta ſunt caput ſpectat ad exitum fulminis,quod omnium percuſſarum arborũ contra fulmina haſtilia ſurgunt. Quid quod malorum ſerpentium, & aliorum animalium, quibus mortifera vis ineſt, cum fulmine icta Ibid.

ſunt, venenum omne conſumitur. Vnde inquis ſcis? In venenatis corporibus vermis non naſcitur: Fulmine icta, inter paucos dies verminant.

Ars fulminum trifaria.

Ibid. Fulminum ars in tria diuiditur. Quemadmodum exploremus, quemadmodum interpretemur, quemadmodum exoremus. Prima pars ad formulam ſpectat. Secunda ad diuinationem. Tertia ad propitiandos Deos: quos bona rogare oportet, mala deprecari. Rogare, vt promiſſa firment. Precari, vt remittant minas.

Fulminum genera tria.

Ibid. Genera fulminum tria eſſe ait Cecinna. Conſiliarium, Autoritatis, & quod Status dicitur. Conſiliarium ante rem fit, ſed poſt cogitationem, cùm aliquid in animo cogitantibus, aut ſuadetur fulminis ictu, aut diſſuadetur. Autoritatis eſt, vbi poſt rem factam venit, quum bonam fortunam malamue ſignificat. Status eſt, vbi quietus, nec agentibus quicquam, nec cogitantibus quidem fulmen interuenit. Hoc autem minatur, aut promittit aut mouet.

Fulmina an nutu contingant diuino.

Ibid. Nullum ſine igne fulmen venit. Venit autem nutu diuino, nimirum per Iouem, cuſtodem, rectoremque vniuerſi,

uerſi, animum ac ſpiritum mundi huius operis dominum & artificem, cui nomen omne conuenit, Vis illum fatum vocare? non errabis, &c.

Vinum gelatum fulmine, & deinde potum, dementes facit.

Illud eſt mirum, quod vinum fulmine gelatum, cum ad priorem habitum redit, potũ aut exanimat, aut dementes facit. Quare illud accidit quærenti mihi, illud occurrit: ineſt fulmini vis peſtifera. Ex hoc aliquem remanere ſpiritum in eo humore quem cogit, gelauitque, veriſimile eſt. Nec enim alligari potuiſſet, niſi aliquod illi eſſet additum vinculũ. Præterea olei quoque, & omnis vnguenti teter poſt fulmen odor eſt. Ex quo apparet ineſſe quandam ſubtiliſſimo igni, & contra naturam acto, peſtilẽtem potentiam, qua non tantum icta cadunt, ſed etiam afflata. Præterea quocunque decidit fulmen, ibi odorem ſulphuris certum eſt eſſe: qui quia natura grauis eſt, ſæpius actus vel hauſtus alienat. Ibid.

Cur æſtate fulmina ſint crebrò, & quare ſubitò appareat, & obliquè feratur.

Ideo æſtate plura ſunt fulmina, quia plurimum calida eſt. Facilius attritu calidior ignis exiſtit. Eodem modo fit fulgor, qui tantum fulget, & fulmẽ quod mittitur. Sed illi leuior vis eſt, Ibid.

alimentique eſt minus. Et vt breuiter dicam quod ſentio: Fulgur eſt fulmen intentum. Ergo vbi calidi, fumidique natura, emiſſa terris in nubes incidit, & diu in illarum ſinu voluta eſt, nouiſſimè erumpit. Et quia vires non habet, ſplendor eſt. At vbi fulgura illa plus habuere materiæ, & maiore impetu arſerunt: non apparent tantum, ſed decidunt. At quare fulmen ſubitum appareat, nec continuatur aſſiduus ignis? quia celerum eſt mirique motus: ſimul & nubes rumpit, & aera incendit. Deinde deſinit flamma, quieſcente motu. Non enim eſt aſſiduus ſpiritus curſus, vbi ignis poſſit extendi: ſed quoties fortius ipſa iactatione ſe accendit, fugiendi impetum capit. Deinde cùm euaſit, & pugna deſijt ex eadam cauſa, modo vſque ad terram profertur, modo diſſoluitur, ſi minore vi preſſus eſt. Quare obliquè fertur? quia ſpiritu conſtat. Spiritus autem obliquus eſt flexuoſusque. Et qui natura ignem ſurſum vocat, iniuria deorſum premit. Incipit autē obliquum eſſe. Interdum autem neutraque vis alteri cedit, & ignis in ſuperiora nititur, & in inferiora deprimitur. Quare frequēter cacumina montium feriuntur? quia oppoſita ſunt nubibus è cœlo cadentibus, per hoc tran-

tranſeundum eſt.

Fulmen eſt, Vbi cum poteſtate habitat iracundia. In prouerb.

DE FLVCTV. CAP. LXXXIII.

Fluctus quid.

FLuctus eſt maris in vnam partem agitatio. Libr. 5. natur. quæſt.

DE GAVDIO. CAP LXXXIV.

Verum gaudium ſolidum eſt.

VOlo tibi nunquam deeſſe lętitiā. Volo illam tibi domi naſci. Naſcitur, ſi modo intra teipſum ſit. Cæteræ hilaritates non implent pectus, ſed frontem remittunt: leues ſunt, niſi fortè tu iudicas illum gaudere, qui ridet. Animus debet eſſe alacer & fidens; & ſuper omnia erectus. Mihi crede, res ſæuera eſt verum gaudium. An tu exiſtimas quenquam ſoluto vultu, & vt iſti delicati loquuntur, hilari oculo mortem contemnere, paupertati domum aperire? voluptates tenere ſub freno? meditari dolorum patientiam? Hæc qui apud ſe verſat, in magno gaudio eſt, ſed parum blando. Hæc quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac ſuperfuſoriam voluptatem, & quodcunque inuentitium gaudium eſt fundamento caret. Hoc de quo loquor, ad quod te conor Epiſt. 4. lib. 3.

perducere ſolidum eſt, & quod plus pateat introrſus.

Ibid. Fundamentum hoc eſſe dixi, etiam culmen eſt, & ad ſumma peruenit, qui ſcit quo gaudeat: qui fœlicitatem ſuam in aliena poteſtate non poſuit.

Virtus gaudiam generat perpetuum.

Epiſt. 8. lib. 3. Sola virtus præſtat gaudium perpetuum, ſecurum etiam ſi quid obſtat nubium, modo interuenit, quæ infra feruntur, nec vnquam diem vincunt.

libr. de breuit. vitæ. Nimis anguſtat gaudia ſua, qui eis tantummodo quę habet ac videt, frui ſe putat, & habuiſſe eadem pro nihilo ducit.

Sine gaudio ſapiens eſt nunquam.

Sapiens nunquam eſt ſine gaudio. Epi. 3. lib. 8. gaudium hoc non naſcitur, niſi ex virtutum conſcientia. Non poteſt gaudere, niſi fortis, niſi iuſtus, niſi tẽperans.

Epiſt. 1. lib. 9. Maius eſt perſtrinxiſſe difficilia, quàm læta moderari.

Sapiens perpetuò fruitur gaudio, nec fortunæ caſibus ſubiacet.

Epi. 3. lib. 10. Omnia beneficia quæ dantur, petunturque, nullum in beata vita habent momentum Nam cui id accedere poteſt, id imperfectum eſt. Cui quid abſcedere non poteſt, id imperpetuum eſt: cuius perpetua futura lætitia eſt: is ſuo gaudet. Imperfectis adhuc interſcinditur lætitia. Sapientis verò con-

contexitur gaudium, nulla rumpitur fortuna, ſemper & vbique tranquillum eſt. Omnia autem quibus vulgus inhiat, vltro citroque fluunt. Nihil dant fortuita mancipio: ſed hæc quoque fortuna tunc delectat, cùm illam ratio temperauit ac miſcuit. Hæc eſt etiam quæ æterna commendet, quorum auidis vſus ingratus eſt. Solet Attalus hac imagine vti, vidiſti aliquando canem, miſſa à domino fruſtra panis aut carnis aperto ore captantem? quicquid accepit, protinus integrum deuorat, & ſemper ad ſpẽ futuri hiat. Idem euenit nobis, quicquid expectantibus fortuna proiecit, id ſine vlla voluptate dimittimus: ſtatim ad rapinam alterius erecti, & attoniti, hoc ſapienti non euenit.

Nulli cui rapina fœliciter ceſſit, gaudium rapti durauit in poſterum. Epi. 5. lib. 10.

Gaudium ex rebus bene geſtis capitur.

Interdũ ex re pulcherrima magnum gaudium etiam tempore breui ac exiguo capitur, & quamuis fructus operis peracti nullus ad defunctum, exẽptumq; rebus humanis pertineat: ipſa tamen comtemplatio futuri operis iuuat. Et vir fortis ac iuſtus cum mortis ſuæ præcia ante ſe poſuit, libertatem patriæ, ſalutem omnium pro quibus dependit animam, in ſumma vo- Epiſt. 7. li. 10.

luptate eſt, & periculo ſuo fruitur: ſed ille quoque, qui etiam hoc gaudium eripitur, quod tractatio operis maximè & vltimè præſtat, nihil cunctatus diſſiliet in mortem: facere rectè, pieque contentus.

Epiſt. 2. li. 11. Naturale eſt mali ſui fine gaudere.

Animus eleuatur proſperis.

libr. 1. ſua ſoriar. Vt in gaudia interdum ſurgit animus, & ſpem ex præſenti metitur, ita aduerſis frangitur.

DE GLORIA. CAP. LXXXV.

Gloria perſequitur fugientem.

li. 5 benefi. VT gloria fugientes magis ac magis ſequitur: ita fructus beneficiorum gratius reſpondet illis, per quos etiam ingratos eſſe licet.

Ibid. Alexander Macedonum rex gloriari ſolebat, à nullo ſe beneficijs victum.

Epi. 6. lib. 5. Nemo gloriari niſi in ſuo debet. Vitem laudamus, ſi fructu palmites onerat, ſi ipſa pondera ad terram, eorum quæ tulit adminiculo, deducit. Num quis huic illam præferet vitem, cui aureæ vuæ, aurea folia dependerent. Propria virtus eſt in vite fertilitas, in homine quoque id laudandum eſt, quod ipſius eſt. Familiam formoſam habet, & domum pulchram multum ſerit, mutum fœnerat, nihil horum in ipſo eſt, ſed circa ipſum. Lauda in ipſo quod nec eripi poteſt, nec dari.

Quęris quid hoc ſit? Animus, & ratio in anima perfecta. Rationale enim eſt animal homo. Conſummatur itaque eius bonum ſi id adimpleuit cui naſcitur. Quid eſt autem quod ab illo ratio hęc exigit? rem facillimam, ſecundum naturam viuere. Sed hanc difficilem facit communis inſania.

Nemo gloriari niſi in ſuo debet.

Nihil ſtultius, quàm aliquem eo ſibi placere, quod ipſe non fecit. Epi. 5. lib. 10.

Gloria appetitores ſui deſerens appetit contemptores.

Gloria vmbra virtutis eſt, etiam inuitos comitatur Sed quemadmodum aliquando vmbra antecedit, aliquādo ſequitur vel à tergo eſt: Ita gloria aliquando ante nos eſt, viſendamque ſe præbet: aliquando in auerſo eſt, maiorque quo ſerior, vbi inuidia ſeceſſit. Epi. 3. lib. 11.

Qui ſordido veluculo erubeſcit, precioſo gloriabitur. Epiſt. 2. li. 13.

Inſolentia quid.

Nihil aliud eſt inſolentia, quam ſpes magnitudinis falſæ. Ibid.

Gloria non inaniter aucupanda.

O quam ignorant homines cupidi gloriæ quid illa ſit, aut quemadmodum petenda. Epiſt. 1. li. 15.

Qui virtutem ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed gloriæ. Non vis eſſe iuſtus ſine gloria? At me Her- Epi. 1. lib. 2c.

cule, ſępe iuſtus eſſe debēbis cum infamia. Et tūc ſi ſapis, mala opinio bene parta delectet.

Epiſt. 1. li. 22. Nemo non gloriam vltra rectum tulit.

Gloria humana mobilis.

Epi. 4. lib. 22. Gloria vanum & volatile quiddam eſt, auraque mobilius.

li. 5 declam. Vanum gloriæ genus, odium diuitiarum.

In procer. Heu quam difficile eſt gloriæ cuſtodia.

DE GRATITVDINE.
CAP. LXXXVI.

Proprietas grati animi qua.

lib. 2. benefi. NVllo magis Cęſarem Auguſtum demeruit, & ad alia impetranda facilem ſibi reddiditFurnius, quam quod cum patre Antoninas partes ſecuto, veniam impetraſſet, dixit: Hanc vnam Cęſar habeo iniuriam tuam, feciſti vt viuerem, & morerer ingratus. Quid eſt tam grati animi, quàm nullo modo ſibi ſatisfacere, nec ad ſpem quidem exequendi vnquam beneficij accedere?

Qui gratus futurus eſt; ſtatim dum accepit, de reddendo cogitat.

Qui gratè beneficium accipit, primam eius penſionem ſoluit.

Beneficium qui dat, vult excipi gratè.

Vis

Vis reddere beneficium? Benignè accipe: retuliſti gratiam, non vt ſolniſſe te putes, ſed vt ſecurior debeas.

Gratiarum actio.

Non referre beneficijs gratiam, & eſt turpè, & apud omnes habetur. li.3.benefic.

Beneficij accepti memor eſto.

Nunquam voluit gratus eſſe, qui beneficium tam longè proiecit, vt extra cõſpectum ſuum poneret. Quemadmodum quæ in vſu ſunt, & manum quotidie tactumque patiuntur, nunquam periculum ſitus adeũt. Illa quę ad oculos non reuocantur: ſed extra conuerſationem, vt ſuperuacua iacuerunt, ſordes ipſa colligunt vetuſtate. Ita quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat, memoriæ nunquam ſubducitur, quæ nihil perdit, niſi ad quod ſæpe non reſpexit. Ibid.

Gratum hominem ſemper beneficium delectat, ingratum ſemel.

Grati hominis genera duo.

Duo ſunt genera grati hominis. Dicitur gratus, qui aliquid pro eo quod acceperat, reddit. Hic fortaſſe oſtentare ſe poteſt, habet quod iactet, quod proferat. Dicitur gratus qui bono animo accepit beneficium, bono dedit. lib. 4. benef.

Qui tam laudabile? quid tam æqualiter in omniũ animos receptum, quam referre bene meritis gratiam? Ibid.

li.5. beneſic. Grati ſimus aduerſus Deum, grati aduerſus homines, grati aduerſus eos, qui nobis aliquid præſtiterunt, grati etiam aduerſus eos, qui noſtris præſtiterunt.

Nemo refert gratiam, niſi ſapiens.

Epi. 5. lib. 11. Nemo referre gratiam ſcit, niſi ſapiens. Sapiens inter ſe omnia comparabit. Maius enim aut minus fit (quãuis idem ſit) tempore, loco, cauſa. Sæpé enim hoc non potuere diuitiæ in domum infuſæ, quod opportuné dati mille denarij. Multum enim intereſt, donaueris, an ſuccurreris. Seruauerit illum tua liberalitas, an inſtruxerit. Sæpè quod datur exiguum eſt, quod ſequitur ex eo magnum.

Ibid. Malitia miſeros facit, virtus beatos. Gratum autem eſſe virtus eſt.

DE GRANDINE.

CAP. LXXXVII.

Quid grando.

lib. 4. natur. quæſt. GRando nihil aliud eſt, quam ſuſpenſa glacies.

Quare grando ſit rotunda.

Ibid. Quare autem rotunda ſit grando, etiam ſine magiſtro ſcire potes, cùm adnotaueris ſtillicidium omne conglomerari. Quod & in ſpeculis apparet, quæ humorem halitu colligunt: & in poculis ſparſis, aliaq; omni leuitate. Nam & herbarum, & arborum

folijs,

folijs, ſi quæ guttæ adhæſerunt, in rotundum iacent. Quid magis eſt ſaxo durum? quid mollius vnda? Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua. Aut vt alius Poëta ait: Stillicidij caſus lapidem cauat, & hæc ipſa excauatio rotunda fit. Ex quo apparet illud, huic quoq; ſimile eſſe quod cauat. Locũ .n. ſibi ad formã & habitum ſui exſculpit.

DE GVLA. CAP. LXXXVIII.

Gula homo omnium maximè peccat.

TAurus pauciſſimorum iugerum paſcuis impletur: vna ſylua Elephãtis pluribus ſufficit. Homo & terra paſcitur & mari. Quid ergo? Tam inſatiabilem nobis natura aluum dedit, cùm tam modica corpora dediſſet, vt vaſtiſſimorum, edaciſſimorumque animalium auiditatem vinceremus? Minimè: Quantulum eſt enim quod naturæ datur, paruo illa dimittitur. Non fames nobis ventris noſtri magno conſtat, ſed ambitio Hos itaq; (vt ait Saluſtius) ventri obedientes, animalium loco numeremus, non hominum: quoſdam verò ne animalium quidem, ſed mortuorum. Epi. 4. lib. 8.

Natura deſiderijs, ſi non vitia permiſcueris, gratis aut paruo ſatis fit.

Simplici cura conſtãt neceſſaria, in delitijs laboratur. Ad parata nati ſumus, nos omnia nobis difficilia ſtudio Epi. 4. li. 14.

feci-

fecimus. Tecta tegmentaque, & fomenta corporum, & cibi, & quæ nunc ingens negotium facta ſunt, obuia erant, & gratuita, & opera leui parabilia. Modus enim omniũ prout poſtulabat neceſſitas erat: nos iſta pernicioſa, nos miſera, nos magnis multiſque conquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura quod poſcit. A natura luxuria deſciuit, quæ quotidie ſeipſam incitat, & tot ſeculis creſcit, & ingenio adiuuat vitia. Primò ſuperuacua cœpit concupiſcere, deinde cõtraria, nouiſſimè corpori animum addixit, & illius deſeruire libidini iuſſit. Receſſit enim ille naturalis modus, deſideria ope neceſſaria finiens. Iam reſuſcitatis & miſeriæ eſt, velle quantum ſat eſt.

Qui ſerui ventris & inſatiablis gulæ.

Epiſt. 1. li. 15. Vide quantum rerum per vnam gulam trãſiturarum permiſceat luxuria, terrarum mariſque vaſtatrix. Innumerabiles eſſe morbos, non miraberis. Coquos numera. Ceſſat omne ſtudiũ, & liberalia profeſſi ſine vlla frequentia, deſertis angulis præſidẽt. In rethorum ac philoſophorum ſcholis ſolitudo eſt. At quam celebres culinæ ſunt, quanta circa nepotum focos iuuẽtus fremit? Tranſeo puerorum infœliciũ greges, quos poſt tranſacta conuiuia aliæ contumeliæ cubiculi expectant.

Tran-

Tranſeo agmina exoletorum per nationes, coloreſque deſcripta, vt eadem omnibus leuitas ſit eadem prima menſura lanuginis, eadem ſpecies colorum: ne quis cui erectior eſt coma, criſpulis miſceatur. Tranſeo piſtorem turbam. Tranſeo miniſtratorum: per quos ſigno dato ad inferendā cœnam diſcurritur. Dij boni quantum hominum vnus venter exercet.

Vis ciborum voluptatem contemnere? Exitum ſpecta. Epi. 2. lib. 19.

Natura ventrem non delectari vult, ſed impleri.

Contumax natura eſt, non poteſt vinci, ſuū poſcit. Sed vt quicquid naturam excedit, ſcias precariū eſſe, non neceſſarium. Eſurio, edendum eſt. Vtrum hic panis ſit Plebeius, an ſiligineus, ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delectari vult, ſed impleri. Sitio, vtrū hæc aqua ſit ex lacu proximo excepta, an ea quam multa niue cluſero, vt rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet. Illa hoc vnum iubet, ſitim extingui. Vtrum ſit aureum poculum, an cryſtallinum, an vitreum, an Tiburtinus calix, an manus concaua, nihil refert. Finē omnium rerū ſpecta, & ſuperuacua deuites. Epi. 5. lib. 21.

Quicquid auium volitat, quicquid piſcium natat, quicquid ferarum diſcurrit,

ſcurrit, noſtris ſepelitur ventribus.

In prouer. Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

DE HÆREDE.
CAP. LXXXIX.

In prouer. HÆredem ſcire vtilius eſt, quam quærere.

Ibid. Hęredis fletus, ſub perſona riſus eſt.

Ibid. Magis hæres fidus naſcitur, quam ſcribitur.

DE HOSPITALITATE.
CAP. LXXXX.

SAcra res eſt menſa hoſpitalis.

lib. 4. benefi. *Nuſquam tuta fides.*

Non hoſpes ab hoſpite tutus.

li. 2. de ira. *Ex hac vita tanquam ex hoſpitio diſcedimus.*

Epi. 2. lib. 17. Quicquid circa te iacet rerum, tanquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpecta. Tranſiundum eſt. Excutit redeuntem natura, ſicut intrantem. Nō licet plus efferre, quam intuleris.

DE HOMINE.
CAP. LXXXXI.

Homines regere res difficillima.

li. 1. de clem. NVllum animal moroſius eſt, nullum maiore arte tractandum, quam homo.

lib. 2. de cle. Nihil æquè hominem, quàm magnus animus decet.

Libr. 3. de ira. Dum inter homines ſumus, colamus

mus humanitatem: non timori cuiquam, non periculo ſimus: detrimẽta, iniurias, conuitia, vellicationes cõtemnamus, & magno animo breuia feramus incommoda, dum reſpicimus (quod aiunt) verſamuſq; nos, immortalitas adderit.

Homo quid.

Quid eſt homo? imbecillum corpus, & frgile, nudum, ſuaptè natura inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortuuæ contumeliam proiectũ: cùm bene lacertos exercuit, cuiuſlibet feræ pabulum, cuiuſlibet victima: ex infirmis fluidiſque contextum, & liniamentis exterioribus nitidum: frigoris, æſtus, & laboris impatiens. Ipſo rurſus ſitu & otio iturum in otium, in tabem: alimenta metuens ſua, quorũ modum inopia rumpit, &c. Lib. de cõſola.

Homines amplius oculis quam auribus credunt. Epi. 6. lib. 1.

Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat: ſic loquere cum Deo, tanquam homines audiant. Epi. 10. lib. 1.

Homo fluida materia, omnibus obnoxia caſibus.

Corpora noſtra rapiuntur fluminũ more: quicquid vides, currit cum tẽpore. Nihil ex his quæ videmus manet. Ego ipſe dum loquor iſta, mutatus ſum. Hoc eſt quod ait Heraclitus: Epiſt. 1. li. 8.

In idē flumen bis deſcendimus, & non deſcendimus. Manet enim idem fluminis nomen, aqua trāſmiſſa eſt. Hoc in amne manifeſtius eſt, quam in homine. Sed nos quoque non minus velox curſus præteruehit. Et ideo admiror dementiam noſtram, quod tantopere amamus rem fugaciſſimam, corpus, timemuſque ne quando moriamur, cùm omne momentum, mors prioris habitus ſit. Vis tu timere ne ſemel fiat, quod quotidie fit? De homine dixi fluida materia & caduca, & omnibus obnoxia caſibus.

Vera hominis æſtimatio.

Epi. 7. lib. 10. Cùm voles veram hominis æſtimationem inire, & ſcire qualis ſit, nudū inſpice. Ponat patrimoniū ponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ſuum exuat, animū intuere, qualis quantuſque ſit, alieno an ſuo magnus: ſi erectis oculis gladios micantes videt, & ſi ſcit ſua nihil intereſſe, vtrum anima per os, an per ingulum exeat, beatum voca Si cùm illi denunciata ſunt corporis tormenta, & quæ caſu veniunt, & quæ potentioris iniuria. Si vincula & exilia, & vanas humanarum formidines mentium, ſecurus audit, & dicit: Nō vlla laborum ô virgo noua mi facies inopi naue ſurgit: Omnia præcepi atq; animo mecū ipſe peregi.

peregi. Tu hodie iſta denuncias, ego ſempes denũciaui mihi hominem paraui ad humana, præcogitati mali ictus venit.

Fœlicitas potentum perſonata.

Omnium iſtorum perſonata fælicitas eſt, quos ſupra capita hominum, ſupraque turbam delicatos lectica ſuſpendit. Contemnes illos, ſi diſpoliaueris. Equum empturus ſolui iubes ſtratum, detrahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant, hominem inuolutum æſtimas? Mangones, quicquid eſt quod diſpliceat, aliquo lenocinio abſcondunt. Itaque ementibus ornamẽta ipſa ſuſpecta ſunt ſiue crus alligatum, ſiue brachium aſpiceres, nudari iuberes & ipſum tibi corpus oſtendi. Vides illũ Scythię Sarmatiæue regem, inſigni capitis decorum, ſi vis illum ęſtimare, totumque ſcire qualis ſit, faſciã ſolue, multũ mali ſub illa latet. Quod de alijs loquor, ſi perpendere te voles, ſepone pecuniam, domum, dignitatem, intus teipſe conſidera: nunc qualis ſis alijs, cędis. Epi. 4. lib. 11.

Prima pars hominis qua.

Prima hominis pars eſt ipſa virtus. Huic cõmittitur inutilis caro, & fluida & receptandis tantum cibis habilis, vt ait Poſſidonius, &c. vide titulum de virtute latius. Epi. 4. lib. 14.

Homo

Homo natura mundum & elegans animal.

Ibid. Mundæ veſtis electio appetenda eſt homini. Natura enim homo mundum & elegans animal eſt. Itaque non eſt bonum per ſe munda veſtis, ſed mundæ veſtis electio: quia non in re bonũ eſt, ſed in electione. Quia actiones noſtræ honeſtę ſunt, non ipſa quæ aguntur. Quod de veſte dixi, idem de corpore me exiſtima dicere.

De hominis perfectione ſimilitudo.

Epi. 5. lib. 14. Quemadmodum in minore corporis habitu poteſt homo eſſe perfectus: ſic & in minore temporis termino poteſt eſſe via perfecta. Ætas inter externa eſt. Quamdiu ſim, alienum eſt: quãdiu verò vir bonus ſim, meum eſt.

Res ſacra homo.

Epi. 1. lib. 15. Homo ſacra res, homo iam per luſum & iocum occiditur.

Epi. 4. lib. 16. Quiſquis quæritur aliquem mortuum eſſe, quęritur hominem non fuiſſe.

Homo homini Lupus.

Epi. 3. lib. 17. Ab homine homini quotidianum periculum.

Ibid. Subita eſt ex homine pernicies, & eò diligentius tegitur, quò propius accedit. Erras ſi iſtorum tibi qui occurrunt vultibus credis: hominum effigies habent, animos ferarum. Homini perdere hominem libet.

Quin-

Quinque ſunt quæ hominem in perniciem hominis inſtigant.

Conſidera quæ ſint quę hominem in perniciem hominis inſtigent: Inuenies ſpem, inuidiam, odium, metum, contemptum. Ex omnibus iſtis adeò leuiſſimum eſt contemptus, vt multi in illo remedij cauſa delituerint. Quē quis contemnit, calcat ſine dubio, ſed tranſit. Spem improborum vitabis, ſi nihil habueris, quod cupiditatem alienam & improbam irritet: ſi nihil inſigne poſſederis. Sic raro inuidiam effugies, ſi te ingeſſeris oculis, ſi bona tua iactaueris: ſi non ſcieris in ſinu gaudere. Odium autem ex offenſa ſic vitabis, neminem laceſſendo aut gratificando, à quo te ſenſus communis tuebitur. Fuit enim hoc multis periculoſum. Quidam odium habuerunt, nec inimicum. Timeri autem tam domi moleſtum eſt, quam foris, tam à ſeruis, quam à liberis. Nulli non ad nocendū ſatis virium eſt. Adijce nunc, quod qui timetur, timet. Nemo potuit terribilis eſſe ſecurè. Cæterum inter hæc omnia nihil æquè proderit, quam quieſcere, & minimum cum alijs loqui, plurimum ſecum. Epi. 2. lib. 18.

Res vilis homo quamdiu cum affectibus luctatur.

Non eſt vita tanti, vt ſudem, vt lib. 1.

æſtuem

æſtuem, O quam contempta res eſt
[...]natur. homo, niſi ſupra humana ſe erexerit.
[...]quæſt. Quamdiu cum affectibus colluctamur, quid magnificamus? Quid eſt, cur ſuſpiciamus noſmetipſos, quia diſſimiles deterrimis ſumus? Non video quare ſibi placeat, qui robuſtior eſt valetudinario. Multum intereſt inter vires, & bonam valetudinem. Effugiſti vitia animi, non eſt tibi frons ficta, nec in alienam voluptatem ſermo compoſitus: nec cor inuolutum auaritia, quæ quicquid omnibus abſtulit, ſibiipſi negat. Nec luxuria pecuniam turpiter amittens, quàm turpius reparet, nec ambitio quę te ad dignitatem, niſi per indigna non ducet. Nihil adhuc conſecutus es. Multa effugiſti, te nondum.

In prouer. Homo extra corpus ſuum eſt cùm iraſcitur.

Ibid. Homo qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.

Ibid. Hominem experiri multa paupertas iubet.

Ibid. Homo toties moritur, quoties amittit ſuos.

Ibid. Homo ſemper in ſe aliud fert, in alterum aliud cogitat.

Ibid. Homo neſcit ſi dolore fortunam inuenit.

Homo

Homo vitæ commodatus, non donatus eſt. Ibid.

Repelli ſe homines facilius, quam decipi pati poſſunt. Ibid.

DE HONORE ET HONESTO. CAP. LXXXXII.

Virtus omnis ardua.

OMne honeſtum in arduo eſt etiam quod vicinum honeſto eſt. lib. 2. beneſi.

Honeſta actio, precium ſui eſt.

Rerum honeſtarum precium in ipſis eſt. lib. 4. beneſi.

Honores & iniuria vulgi in promiſcuo habenda.

Reſpiciamus eorum exempla, quorum laudamus patientiam, vt Socratis, qui comediarum publicatos in ſe expectatos, ſales in bonam partem accepit: riſitque non minus, quam cùm ab vxore Xantippe immũda aqua perfunderetur. Antiopeq; mater Barbara, & Traheſſa obijciebatur. Reſpondit & Deorũ matrem Ideam eſſe. Honores igitur & iniuriæ vulgi, in promiſcuo habendæ ſunt. Libr. 2. de trã. quil. vitæ.

Honeſtum omne voluntarium.

Nihil honeſtum eſt, quod ab inuito vel coacto ſit. Omne honeſtum voluntarium eſt, admiſce illi pigritiã, quærelam, tergiuerſationem, metũ: quod habet in ſe optimum perdidit, ſibiplacere. Non poteſt honeſtum eſſe quod Epiſt. 1. lib. 9.

non eſt liberum. Nam quod timet, ſeruit: honeſtum omne ſecurum eſt, tranquillum eſt. Omne honeſtum iniuſſum, incoactumque eſt, ſyncerum, & nullo malo mixtum.

Epi. 5. lib. 10. Vna hæc via eſt ad tuta vadenti, & externa deſpicere, & honeſto contentum eſſe.

Honeſtum nihil niſi quod bonum.

Ibid. Quicunque beatum eſſe ſe conſtituit vnum eſſe bonum putet, quod honeſtum eſt. Nam ſi vllum aliud exiſtimat, primum malè de prouidentia Dei iudicat, quia multa incommoda iuſtis viris accidunt: & quia quicquid nobis dedit, breue eſt & exiguum, ſi compares mundi totius duo. Ex hac deploratione naſcitur, vt ingrati diuinorum interpretes ſimus. Quærimus quod non ſemper, & quod pauca nobis, & incerta & abitura contingant. Inde eſt quod nec viuere, nec mori volumus, & vitæ nos odium tenet timor mortis, mutat omne conſilium, nec implere nos vlla fœlicitas poteſt.

Actiones noſtræ ratione temperantur.

Epi. 7. lib. 10. Omnes actiones totius vitæ honeſti ac turpius reſpectu temperãtur: ad hæc faciendi, & non faciendi ratio dirigitur. Quid ſit hoc, dicam: Vir bonus quod honeſtè ſe facturum putauerit, faciet, etiam ſine pecunia: ſi laborio-

ſum

ſum erit, faciet, etiam ſi periculoſum erit. Rurſus quod turpe erit, non faciet, etiamſi pecuniam afferet, etiamſi voluptatem, etiamſi potentiam: ab honeſto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla ſpe inuitabitur. Ergo ſi honeſtum vtique ſecuturus eſt, turpe vtique vitaturus, & in omni actu vitæ ſpectaturus. Hæc duo nullum aliud bonum quam honeſtum: nec aliud malum, quam turpe: ſi vna indeprauata virtus eſt, & ſola permanet tenoris ſui, vnum eſt bonũ virtus, cui iam accidere vt non ſit bonum, non poteſt.

Honeſta actio quæ.

Laudare dignos honeſta actio eſt. Epiſt.
Facilius creſcit dignitas, quam in- 2.li.17.
cipit. Pecuniâ quoque circa pauperta- Epiſt.
tem plurimum amorem habet, dum 1.li 17.
ex illa crepat. Epiſt.
Honeſtum eſt perfectum bonum, 4.li.21.
quo beata vita completur. libr. de
Solatium eſt pro honeſto dura to- diuina
lerare. proui.
Vis habere honorem? dabo tibi cap.3.
magnum imperium, impera tibi. In pro-

DE HVMANITATE. uer.
CAP. LXXXXIII.

Humanitas & reuerentia quibus impendenda. lib.4.

ADuerſus minores humanitatem, natur.
aduerſus maiores præſta reue- quæſt.
rentiam. H 2 Auxilia

In prouerb. Auxilia humilia, firma, conſenſus facit.

DE HVMILITATE.

CAP. LXXXXIV.

li. 1. de ira. NEmo tam humilis eſt, qui pœnam vel ſummi hominis ſperare non poſſit. Ad nocendum potentes ſumus.

DE HVMORIBVS.

CAP. LXXXXV.

Similitudo de varijs humoribus.

libr. 3. natur. quæſt. QVemadmodum in nobis, non ſolum ſanguis eſt, ſed multa genera humoris, alia neceſſarij, alia corrupti, ac paulo pinguioris, in capite cerebrum, in oſſibus medullę, muſculi, ſaliuęque & lachrymæ, & quiddam additum atticulis, per quod citius flectantur ex lubrico; Sic in terra quoque ſunt humoris genera complura, quædam quæ maturè durentur. Hinc eſt omnis metallorum humus: ex quibus aurum argentumque perit auaritia, & puæ in lapidem ex liquore vertuntur. Ego vt in corporibus noſtris ſanguis cùm percuſſa vena eſt, tamdiu manat, donec omnis effluxit, aut donec venæ ſciſſura ſubſedit, atque interclusit, vel aliqua alia cauſa retro dedit ſanguinem, ita in terra ſolutis & patefactis venis, riuus aut fulmen effunditur.

Nemo

NEmo poteſt perſonam diu ferre fictam. li. 1. de clem.

Falſa non durant.

Nullus terminus falſo eſt: veritati aliquid extremum eſt. Epiſt. 1. li. 22.

Excuſatius eſt in malum colorem incidere, quam tranſire. lib. de Paupertat.

Bonitatis verba imitari maior malitia eſt. Libr. 4. cõtrouerſ.

DE IDÆA. CAP. LXXXXVII.

Idea ſecundum Platonem quid.

QVid ſit Idæa, id eſt, quid Platoni eſſe videatur, audi: Idæa eſt eorum quæ naturaliter fiunt exemplar æternum. Adijciam diffinitioni interpretationẽ, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere, exemplar picturæ tuæ habeo, ex quo capit aliquem habitum mens noſtra, quem operi ſuo imponat. Ita illa quæ docet, & inſtruit facies à qua petitur imitato, Idæa eſt. In prouer. Epiſt. 1. li. 8.

DE IGNORANTIA. CAP. LXXXXVIII.

INers malorum remedium ignorantia eſt. In Oedipo.

DE IMMORTALITATE. CAP. LXXXXIX.

Virtus eſt perpetua.

MEmoria victoriæ eſt perpetua, cùm trophea tempeſtatibus cadant. li. 1. ſuaſoriar.

Magna ad fortem virum vt moriatur perſuaſio.

Ibid. Cato maluit mori, quàm rogare. Turpe eſt enim cuilibet Romano vitam, nedum Ciceroni rogare. Rogabis, Cicero turpiter Antonium fruſtra: non te ignobilis tumulus abſcondet. Idem vitæ tuæ qui finis eſt immortalium, humanorum operum cuſtos, memoriaque manſuri, vita perpetua eſt, in omnia te ſecuta ſacratum dabit. Nihil aliud intercidet quam corpus, morbis obnoxiũ, caſibus expoſitum, proſcriptionibus obiectum. Animus verò diuina origine hauſtus, cui nec ſenectus vlla nec mors, onerofi corporis vinculis exolutus, ad ſedes ſuas & cognata ſydera recurret, & tamen ſi ad ætatem annorumque, nunquam obſeruatum viris fortibus, numerum reſpicimus, ſexaginta ſupergreſſus es: nec potes videri non nimis vixiſſe, qui moreris Reipublicæ ſuperſtes.

Maximum Ciceronis elogium perpetuò duraturum.

Ibid. Quo ad humanum ingenium incolume manſerit, quãdiu vſus literis, honor ſummæ eloquentiæ precium erit: quamdiu rerum naturæ aut fortuna ſteterit, aut memoria durauerit, admirabile poſteris vigebit ingeniũ, & vno proſcriptus ſæculo, proſcribes Anto-

Antonium omnibus.

DE INCONSTANTIA.

CAP. C.

Hominum inconſtantia.

NEmo non quotidie, & conſilium mutat, & votum. Modò vxorem vult habere, modò amicam, modò regnare vult; modò id agit ne quis ſit officioſior ſeruus: modò dilatat ſe vſque ad inuidiam, modò ſubſidit & contrahitur infra humilitatem verè iacentium: modò pecuniam ſpargit, nunc rapit. Sic maximè coarguitur animus imprudens, alius prodit, atque alius: & (quo turpius nihil iudico) impar ſibi eſt. Magnam rem puta vnum hominem agere: præter ſapientem autem nemo vnum agit, Hoc autem à te exige, vt qualem inſtitueris præſtare te, talem vſque ad exitum ſerues. Epiſt. 1. li. 22.

DE INFERNO.

CAP. CI.

Quid iuuat durum properare fatum? In Hercule furẽte.
Omnis hæc magnis vaga turba terris
Ibit ad manes, facietq; inerti
Vela cocyto.

Longus ad manes properatur ordo In Oedipo.
Agminis mœſti.

Inferni pœna, ſecundum quorundam inſulſam opinionem, nulla.

In Hercule furēte. *Vera ne eſt fama, inferis*
Tam fera reddi iura, & oblitos ſui
Sceleris nocentes debitas pœnas dare?
Quis iſte veri rector atq; æqui arbiter?

Ibid. *Quod quiſq; fecit, patitur authorem ſcelus*
Repetit, ſuoq; premitur exemplo nocens.

Ibid. *Qalis eſt nobis animus remota*
Luce, cùm mœſtus ſibi quiſque ſenſit
Obrutum tota caput eſſe terra.
Stat chaos denſum, tenebraq; turpes,
Et color noctis malus & ſilentis
Otium mundi, vacuaq; nubes
Sera nos illo referat ſenectus.
Nemo ad id ſerò venit, vnde nunquam
Cùm ſemel venit, potuit reuerti.

Ibid. *Atque auidum chaos*
Gradumq; retro flectere,
Haud vnquam ſinunt vmbra tenaces.

DE INIMICITIA.

Cap. CII.

lib. 7. declamat. Nihil eſt tam inimicum, quā manifeſta inimicitiæ præparatio.

Inimicitiarum nunquam inter morituras rarum expreſſio.

In Medea. *Dum terra cœlū media libratum feret,*
Nitidusq; certas mundus euolet vices,
Numerusq; arenis deerit, & ſolem dies,
Noctē ſequentur aſtra, dum ſiccas polus
Verſabit arctos, flumina in pontū cadēt,
Nunquam meus ceſſabit in pœna furor.

In Thebaid. *Pone veſanos, precor,*

Animi

Animi tumores, teq; pietati refer.

DE INIMICO.

CAP. CIII.

CVm inimico nemo in gratiam citò redit. In prouer.

De inimico ne loquaris malum, ſi cogites. Ibid.

Inimicum vlciſſi, vitam accipere eſt alteram. Ibid.

Ita amicum habeas, poſſe vt facilè fieri hunc inimicum potes. Ibid.

Inimicum quamuis humilem, docti eſt metuere. Ibid.

Ita crede amico, ne ſit inimico locus. Ibid.

Grauior inimicus qui latet ſub pectore. Ibid.

Quidã quoſdam occidũt inimicos, non quia habeãt, ſed quia metuerant. Ibid.

Quàm inimicum eſt nocuiſſe, vel quia oderis lædere: quantò iniquius eſt, odiſſe quia læſeris. Ibidẽ.

Quid eſt homini inimiciſſimum? alter homo. Ibid.

DE INCOESTV.

CAP. CIV.

Nubere an dulce.

VIrgo veſtalis ſcripſit hũc verſum: *Fœlices nuptæ moriar niſi nubere dulce eſt.* lib. 6. declamat.

Inceſta eſt etiam ſine ſtupro, quæ cupit ſtuprum. Ibid.

Ibid. Inceſti damnari non poteſt, niſi cuius corpus violatum eſt.

Libr. 3. cōtrouerſ. Sæpe fœmina ſpe vberioris premij ſtuprum roganti negat.

DE INNOCENTIA.

CAP. CV.

Innocens ab omni labe, nemo.

li. 1. de ira. NEmo inuenitur qui ſe poſſit abſoluere: & innocentem ſe quiſque dicit, reſpiciens teſtem, non conſcientiam.

lib. 10. declamat. Summa virtus, contumax aduerſus diuitiarum faſtidium innocentia.

Innocentia vbique eſt tuta.

Libr. 4. cōtrouerſ. Magnum eſt præſidium in periculis, innocentia. Sæuum mare inuoluitur, procellæ ſpumante impetu latera nauigij vrgēt, pulſatur vndique nauis periculis, innocentia tamen tuta eſt.

lib. de morib. Ridiculum eſt aliquem odio nocentis, innocentiam perdere.

In prouerb. In fœlice fœlicitas eſt innocentia: nequitia ipſa pœna ſui eſt.

Ibid. In malis ſperare bonum, niſi innocens, nemo ſolet.

Ibid. Legem nocens veretur, fortunam innocens.

DE INOPIA.

CAP. CVI.

In prouer. INopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.

Ibid. Inopiæ parua deſūt, auaritiæ omnia.

Inſtructa

Inſtructa inopia, in diuitijs cupiditas. Ibid.

DE IMPVDICITIA.

CAP. CVII.

Impudicitia in ingenuo crimen.

IMpudicitia in ingenuo crimen eſt: in ſeruo neceſſitas, in liberto officium. Vnde ex eo impudici & obſcœni, aliquando officioſi vocati ſunt. li. 4. declam.

DE IMPERATORE ET IMPERIO.

CAP. CVIII.

Imperator in pace etiam armis viuit. li. 1. de clemētia.

QVam multa Imperatori non licent, quæ nobis beneficio eius licent. Poſſum in qualibet parte vrbis ſolus incedere ſine timore, quamuis nullus ſequatur comes, nullus ſit domi, nullus ad latus gladius: huic in ſua pace, armato viuendum eſt.

Multi imperatores, fines alijs abſtulerunt, ſibi nemo conſtituit. lib. 7. benefi.

Nemo bene imperat, niſi qui paruerit imperio. li. 2. de ira.

Ferè imperia penes eos fuere populos, qui mitiore cœlo vtuntur. In frigora Septentrioneſque vergentibus, immanſueta ingenia ſunt, vt ait Poeta: Suoque ſimillima cœlo. Ibid.

Remiſſius imperāti, melius paretur. li. 1. de clem.

Imperator nequaquam debet ſeruire diuitijs.

Diuitiæ apud ſapientem Imperatorem, in ſeruitute ſunt, apud ſtultum in imperio.

libr. de vita beata ad Gal.

Melius beneficijs imperium cuſtoditur, quam armis.

lib. de breuit. vitę.

Nihil quicquam pulchrius exiſtimo faſtigio collocatis, quam multarũ rerum veniam dare, & nullius petere.

lib. de cõſol.

Imperare officium eſt.

Epi. 2. lib. 14.

Officium eſt imperare, non regnũ.

Epi. 6. li. 14.

Si vis nullius grauari imperio, ſubmoue vitia. Multi inueniuntur, qui ignem inferant vrbibus, qui inexpugnabilia ſeculis, & per aliquot ætates tutata proſternant, qui æquum arcibus aggerem attollant, & muros in miram altitudinem adductos arietibus ac machinis quaſſant. Multi ſunt qui ante ſe agant agmina, & tergis hoſtium graues inſtent, & ad mare magnum perfuſi cæde gentium veniant: Sed hi quoque vt vincerent hoſtẽ cupiditate victi ſunt. Nemo illis venientibus reſtitit, ſed nec ipſi ambitioni, crudelitatique reſtiterant.

Imperium maximum quod.

Epi. 1. lib. 20.

Imperare ſibi, maximũ imperiũ eſt.

Imperia ad inuidiam vſque peruenientia facilè labuntur.

lib. 1. ſua ſoriar.

Nunquam ſolido ſtetit ſuperba fœlicitas, & ingentium imperiorum magna faſtigia obliuione fragilitatis humanæ

manæ collapſa ſunt. Scias ad finem perueniſſe, quæ ad inuidiam perducta ſunt: maria, terraſque rerum natura ſtatione mutauit ſua.

Malè imperando, ſummum imperium amittitur. In prouer.

Non alia facies eſt quieti moratiq; imperij, quam ſereni cœli & nitentis. Ibid.

Seruis imperare moderatè, laus eſt. Ibid.

Nec abnuendum ſi dat imperium Deus. In Thyeſte.
Nec appetendum, frater vt regnes rogat.
Imperatoris ſumma virtus quæ.

Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera cæde abſtinere, tempus atque iræ dare, Orbe quietem, ſeculo pacem ſuo: In Octauia.

Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via.

Regnum inſtabile quod.

Vbi non eſt pudor, In Thyeſte.
Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides.
Inſtabile regnum eſt.

Violenta nemo imperia continuit diu. In troade.
Iniqua nunquã regna perpetuo manent. In Medea.
Qui vult amari lãguida regnet manu. In Theba.
Inuiſa nunquã imperia retinentur diu.
Regnare non vult, eſſe qui inuiſus timet. Ibid.
Simul iſta mundi conditor poſuit Deus:
Odium & regnum. In Oedipo.

Odium qui nimium timet,
Regnare neſcit: regna cuſtodit metus. In thyeſte.
Vt nemo doceat fraudes, & ſceleris viã.
Regnum docebit.

Ibid. *Non capit regnum duos.*

Thyeſte. *In ſeruitutem cadere de regno, graue eſt.*

Regna cum ſcelere, omnibus
Sunt exilijs grauiora.

In Hercule furẽte. *Sanguine humano abſtine*
Quicunq; regnas, ſcelera taxãtur modo.
Maiore noſtra.

In Octauia. Nero. *Decet timeri Cæſarem.*
Seneca. *At plus diligi.*
Nero. *Ferrum tuetur principem.*
Seneca. *Melius fides.*
Nero. *Metuant neceſſe eſt.*
Seneca. *Quicquid exprimitur graue eſt.*

De hac materia vide etiam in titulo Rex. Potentia,

DE IVDICIO.

CAP. CIX.

lib. 1. de ira. HOc humanæ naturæ vitiũ ſuſpectum, notumq́; nobis ſit, quod quę inuiti audimus, libẽter credimus: & antequam iudicemus, iraſcimur.

Nemo ſine culpa.

li. 3. de ira. Si volumus ęqui omnium rerum iudices eſſe, hoc primum nobis ſuadeamus, neminẽ noſtrum eſſe ſine culpa: Hinc enim maxima indignatio oritur Nihil peccaui, nihil feci, imò nihil fateris. Indignamur aliqua admonitione aut coertione nos caſtigatos: cũ illo ipſo tẽpore peccemus, quo adiecimus malefactis arrogantiam & contumaciam.

Aliena

Aliena vitia in oculis habemus, à rgo noſtra. Ibid.

Iudicium habeat ſuam æquitatem,

Qui vim in iudicio fecerit, capite :niatur. lib. 6. decla- mat.

Regnantibus peius multo pericum, quam his qui iudicantur: hi enim ıgulos timent, illi vniuerſos. lib. de morib.

Fatetur facinus is, qui iudiciū fugit. In prouer.

Graue præiudicium eſt, quod iudiım non habet. Ibid.

Honeſtius eſt, cum iudicaueris aare, quam cum amaueris iudicare. Ibid.

Ius ſuper omnem iniuriam poſitum as. Ibid.

Ius hodie in armis eſt.

Ius eſt in armis, opprimit leges pur. Perire mores, ius, decus, fides. In Hercule furente.

DE IVDICIBVS.
CAP. CX.

Onus iudex eſt, qui nouit diſpenſare quod dandū eſt, & quatenus. In Agamemn.

Bene perdit nummos, iudici cùm t nocens. In prouerb.

Facilius priuatis ignoſcitur, perticiter ſe iudicantibus. Ibid.

Iudex ſententiam niſi vtraque parte diligenter audita, proferre debet.

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita ala. Ibid. In Medea.

Æquum licet ſtatuerit, haud æquus eſt.

DE

DE IRA. CAP. CXII.

Similitudo de iudicijs furioſorum hominum.

lib. 1. de ira ad Nouatum

QVemadmodum furentium certa indicia ſunt audax & minax vultus, triſtis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color verſus, crebra & vehementius arcta ſuſpiria: ita iraſcentiũ eadẽ ſigna ſunt, flagrãt & micant oculi, multus ore toto robur, & æſtuãte ab imis præcordijs ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur capilli, ſpiritus coarctus ac ſtridens, articulorum ſeipſos torquentium ſonus, gemitus, mugituſque, & parum explanatis vocibus ſermo præruptus, & comploſæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnaſque iræ minas agens, fœda viſu & horrenda facies deprauãtium ſe atque intumeſcentium.

Ira mutat animi tenorem.

Ibid.

Nullum eſt animal tam horrendũ, tamque perniciosum natura, vt non appareat in illo, ſi illud ira inuaſit nouæ feritatis acceſſio.

Ira quid.

Ibid.

Ariſtoteles ait, Iram eſſe cupiditatem doloris reponendi.

Rector timeri diſcat, amari tamen potius.

Ira

Ira legum præſidem, ciuitatiſque rectorem decet, quamdiu poteſt verbis & mollibus his ingenia curare, vt facienda ſuadeat, cupiditatemque honeſti & æqui conciliet animis: faciatque vitiorum odium, pretiũ virtutis: tranſeat deinde ad triſtiorẽ orationẽ, qua moneat adhuc & exprobret, nouiſſimè ad pœnas, & has adhuc leues & reuocabiles decurrat. Vltima ſupplicia ſceleribus vltimis ponat, vt nemo pereat, niſi quenquam perire, etiam pereuntis interſit. Hoc vno medẽtibus erit diſſimilis, quod illi quibus vitam non potuerunt largiri, facilem exitum præſtant: hic damnatus cum dedecore & traductione vitam exigit. Non quia delectetur illius pœna (procul eſt enim à ſapiente tam inhumana feritas) ſed vt documentum omnium ſit, & qui alicui noluerunt prodeſſe, morte certe eorum reſp. vtatur. Ibid.

Ira renitendum.

Optimum eſt primũ irritamentum iræ, protinus ſpernere, ipſiſque repugnare ſenſibus, & dare operam ne incidamus in iram: nam ſi cœperit motus ferre tranſuerſos, difficilis ad ſalutem recurſus eſt. Ibid.

Ira an neceſſaria.

Ira, inquit Ariſtoteles neceſſaria: nec quicquam ſine illa expugnari poteſt, Ibid.

teſt, niſi illa impleat animum, & ſpiritum accendat. Vtẽdum autem illa eſt, non vt duce, ſed vt milite.

Ira ſæpe ſibi exitio eſt.

Iraſci pro ſuis non eſt pij animi, ſed infirmi.

Ira vbique exoſa.

Nullus affectus vindicandi cupidior eſt, quam ira: & ob idipſum ad vindicandum inhabilis, prærabidus & amens: & omnis ferè cupiditas ipſa ſibi in id, in quo properat, opponitur. Itaque nec in pace, nec in bello vnquam bona fuit. Pacem enim ſimilem belli efficit: in armis verò obliuiſcitur mortem eſſe communem, venitque in alienam poteſtatem, dum in ſua non eſt. Non eſt itaque vtilis, nec in prælijs quidem, aut in bellis ira. In temeritatem enim prona eſt, & pericula dum inferre vult, non cauet.

Ibid. Non poteſt, inquit fieri Theophraſtus, vt bonus vir non iraſcatur malis.

Rector ira careat.

Ibid. Nil minus quàm iraſci punientem decet, cum eo magis ad emendationẽ pœna proficiat, ſi iudicio lata eſt. Inde eſt quod Socrates ſeruo ait: Cæderem te, niſi iraſcerer.

Ibid. Habet iracundia hoc mali, non vult regi.

Vitia extirpanda.

Neceſſe

Neceſſe eſt prius iracundiam ex a-
io tollas, quam virtutem recipias: lib. 2.
oniá cũ virtutibus vitia nõ coeunt. de ira.

Ira & furor quanta mala inducant humano generi.

Si iræ effectus propius intueri ve- lib. 2.
, nulla peſtis humano generi plus de ira.
tit. Videbis cædes ac venena, & co-
n mutuas ſordes & vrbium clades,
totarum exitia gentium, & princi-
m, ſub ciuili haſta capita venalia, &
biectas tectis faces, nec intra mœ-
a coërcitos ignes: ſed ingentia ſpa-
ı regionē hoſtili flamma relucentia.
pice nobiliſſimarum ciuitatũ fun-
menta vix notabilia, has ira deiecit.
pice ſolitudines per multa millia ſi-
: habitatione deſertas, has ira exhau
. Aſpice tot memoriæ proditos du-
s, mali exempla fati. Aliũ ira in cu-
li confodit. Aliũ intra ſacra menſæ
a percuſſit. Aliũ inter leges celebriſ-
ıe ſpectaculum fori lancinauit. Aliũ
io parricidio dare ſanguinem iuſſit. lib. 3.
lium in cruces mẽbra diffindere, &c. de ira.
Languidus animus eſt, qui ira caret. Ibid.

Ira in pectore naſcitur.

Volunt quidã ex noſtris iram in pe-
ore moueri efferueſcente circa cor
ınguine.

Educatio mollis iram nutrit.

Nihil magis fecit iracundos, quam
edu-

educatio mollis & blanda. Ideo vnicis, quo plus indulgetur, pupilliſque, quo plus licet, eò corruptior animus eſt. Non vides, vt maiorem quamque fortunam, maior ira comitetur. Enimuerò in ſuſpenſo ira retinenda eſt.

Ibid. Nulla res magis iracundiam nutrit, quàm luxuria. Miridem, aiunt, fuiſſe ex Sybaritarum ciuitate, qui cum vidiſſet fodientem, & altius raſtrum alleuantem, laſſum ſe fieri, quæſtus eſt, vetuit illud opus in conſpectu ſuo facere: bilem habere ſæpius quæſtus eſt, quod folijs roſæ duplicatis incubuiſſet.

Ira remedium mora.

Ibid. Maximum remedium eſt iræ mora.

Ibid. Quibuſdam (vt ait Seſtius) iratis profuit aſpexiſſe ſpeculum: perturbauit illos tanta mutatio ſui, velut in rẽ præſentem adducti, non agnouerunt ſe: & quantulum ex vera deformitate imago illa ſpeculo repercuſſa reddebat, animus ſi oſtendi, & ſi in vlla materia per lucem poſſet, intuentes nos confunderet, ater, maculoſuſque, æſtuans, & diſtortus, & tumidus.

Ira ſibi nociua & nulli proficua.

li. 3. de ira. Cætera vitia impellunt animos, ira præcipitat.

Ibid. Iracundus dominus quoſdam in fugam ſeruos egit, quoſdam in mortem.

Quan-

ntò plùs iraſcendo quàm id erat,
ter quod iraſcebatur, amiſit. Ira
luctum, marito diuortium attu-
agiſtratui odiũ, candidato repul-
Potior eſt luxuria, quoniam illa
oluptate fruitur, hæc alieno do-
vincit malignitatem & inuidiam.
nfœlicem fieri volunt, hęc facere.

Similitudo de peſtilentia & ira.

uemadmodum aduerſus peſtilen- lib. 9. de ira.
ı nihil poteſt firmitas corporis, &
gens valetudinis cura (promiſcuè
n imbecillia robuſtaque inuadit)
ıb ira tam inquietis moribus pe-
ılum eſt, quam compoſitis & re-
lis: quibus eò turpior ac periculo-
eſt, quò plus in illis mutat.

Cælius orator quam fuit ira feruidus.

Cælium oratorem fuiſſe iracundiſ- lib. 5. de ira.
ıum conſtat. Cum quo (vt aiunt) cœ-
bat in cubiculo lectæ patientiæ cli-
s: ſed difficile erat illi in crapulam
niecto, rixam eius cum quo edebat
ugere. Optimũ iudicauit quicquid
xiſſet, ſequi, & ſecundas agere. Non
lit Cælius aſſentientem ſed excla-
auit: dic aliquid contra, vt duo ſi-
us. Sed ille quoq; quod nõ iraſcere-
r, iratus citò ſine aduerſario deſijt.
ligamus ergo vel hos potius, ſi con-
ij nobis iracundiæ ſumus, qui vultũ
oſtrum ac ſermonem ſequantur. Fa-
cient

educatio mollis & blanda. Ideo vnicis, quo plus indulgetur, pupilliſque, quo plus licet, eò corruptior animus eſt. Non vides, vt maiorem quamque fortunam, maior ira comitetur. Enimuerò in ſuſpenſo ira retinenda eſt.

Ibid. Nulla res magis iracundiam nutrit, quàm luxuria. Miridem, aiunt, fuiſſe ex Sybaritarum ciuitate, qui cum vidiſſet fodientem, & altius raſtrum alleuantem, laſſum ſe fieri, quæſtus eſt, vetuit illud opus in conſpectu ſuo facere: bilem habere ſæpius quæſtus eſt, quod folijs roſæ duplicatis incubuiſſet.

Ira remedium mora.

Ibid. Maximum remedium eſt iræ mora.

Ibid. Quibuſdam (vt ait Seſtius) iratis profuit aſpexiſſe ſpeculum: perturbauit illos tanta mutatio ſui, velut in rẽ præſentem adducti, non agnouerunt ſe: & quantulum ex vera deformitate imago illa ſpeculo repercuſſa reddebat, animus ſi oſtendi, & ſi in vlla materia per lucem poſſet, intuentes nos confunderet, ater, maculoſuſque, æſtuans, & diſtortus, & tumidus.

Ira ſibi nociua & nulli proficua.

li. 3. de ira. Cætera vitia impellunt animos, ira præcipitat.

Ibid. Iracundus dominus quoſdam in fugam ſeruos egit, quoſdam in mortem.

Quan-

Quantò plùs iraſcendo quàm id erat, propter quod iraſcebatur, amiſit. Ira patri luctum, marito diuortium attulit, magiſtratui odiũ, candidato repulſam. Potior eſt luxuria, quoniam illa ſua voluptate fruitur, hæc alieno dolore vincit malignitatem & inuidiam. Illa infœlicem fieri volunt, hęc facere.

Similitudo de peſtilentia & ira.

Quemadmodum aduerſus peſtilentiam nihil poteſt firmitas corporis, & diligens valetudinis cura (promiſcuè enim imbecillia robuſtaque inuadit) ita ab ira tam inquietis moribus periculum eſt, quam compoſitis & remiſſis: quibus eò turpior ac periculoſior eſt, quò plus in illis mutat. lib. 3. de ira.

Cælius orator quam fuit ira feruidus.

Cælium oratorem fuiſſe iracundiſſimum conſtat. Cum quo (vt aiunt) cœnabat in cubiculo lectæ patientiæ cliens: ſed difficile erat illi in crapulam coniecto, rixam eius cum quo edebat effugere. Optimũ iudicauit quicquid dixiſſet, ſequi, & ſecundas agere. Non tulit Cælius aſſentientem ſed exclamauit: dic aliquid contra, vt duo ſimus. Sed ille quoq; quod nõ iraſceretur, iratus citò ſine aduerſario deſijt. Eligamus ergo vel hos potius, ſi conſcij nobis iracundiæ ſumus, qui vultũ noſtrum ac ſermonem ſequantur. Facient lib. 3. de ira.

cient nos quidem delicatos, & in malam conſuetudinem inducent, nihil contra volũtatẽ audiendi: ſed prodierit vitio ſuo interuallũ & quietẽdare.

Dilatio remedium iræ.

Maximum remediũ iræ dilatio eſt, Ibid. vt prius eius feruor relangueſcat: & caligo quæ præmit mentem, aut reſidat, aut minus denſa ſit.

Plato nil ſibi placere volebat iratus.

Non potuit impetrare Plato à ſe tẽpus, cum ſeruo ſuo iraſceretur: ſed po- Ibidẽ. nere illum ſtatim tunicam, & præbere ſcapulas verberibus iuſſit, ſua manu ipſe percuſſurus. Poſtquam intellexit ſe iraſci, ſicut ſuſtulerat manũ ſuſpenſam detinebat, & ſtabat pèrcuſſori ſimilis. Interrogatus deinde ab amico, qui fortè interuenerat, quid ageret: Exigo, inquit, pœnas ab homine iracundo, velut ſtupens, geſtũ illum ſequituri deformẽ ſapienti viro, ſeruabat: oblitus iam ſerui, quia alium quẽ potius caſtigaret, inuenerat. Ita abſtulit ſibi in ſuos poteſtatem, & ob peccatũ quoddam commotior. Tu, inquit, Speuſippe ſeruulum iſtum verberibus obiurga, nã ego iraſcor, & ob hoc non cęcidi, propter quod alius cæcidiſſet. Iraſcor, inquit, plus faciã quã oportet.

In Socrate iræ ſignum erat vocem ſubmittere, & loqui parcius.

Multi

Darij feritas.

Multi iram quaſi inſigne regiũ exercuerunt. Sic Darius, qui primus poſt ablatum Magorum imperium, Perſas & magnam partem Orientis obtinuit. Nam cùm bellum Scythis indixiſſet Orientem cingentibus, rogatus ab Oraborto nobili ſene, vt ex tribus liberis vnum in ſolatium patri relinqueret, duorum opera vteretur, plus quàm rogabatur eſt pollicitus. Omnes ſe ſe illi dixit remiſſurum, & occiſos in conſpectu parentis abiecit, crudelis futurus, ſi omnes abduxiſſet. Ibid.

Diutius iraſcimur omnes, quàm lędimur. Ibid.

Diogenis patientia in ſufferendis iniurijs fuit maxima.

Vis æquo animo pati candidatus ſuffragia? Contumeliam tibi fecit aliquis? Nunquid maiorẽ quàm Diogeni Philoſopho Stoico? cui de ira cũ maximè diſſerenti adoleſcẽs proteruus inſpuit. Tulit hoc leuiter & ſapienter. Non quidẽ, inquit, iraſcor, ſed dubito tamen an iraſci oporteat. Quanto videtur melius, cui cum cauſam agenti, in frontem mediã quantum poterat, attracta pingui ſaliua, inſpuiſſet Lentulus ille patrum noſtrorũ memoria factioſus & impotens, abſterſit faciẽ, & affirmabo, inquit, omnibus Lentule falli lib. 3. de ira.

falli eos, qui te negant os habere.

li. 1. de clemẽtia. Muliebre eſt furere in ira.

Bion eleganter ait: Non minus moleſtum eſſe caluis, quam comatis pilos velli.

libr. 1. de trãquil. vitæ. lib. 3. de ira.

Remedia iræ.

Non vis eſſe iracundus? ne ſis curioſus. Qui inquirit quid in ſe dictum ſit, qui malignos ſermones etiã ſi ſecretò habiti ſint, euerrit, ſe ipſe inquietat. Circũſcribenda multis modis ira eſt.

Ira immodica gignit inſaniam.

Epi. 6. lib. 2. Immodica ira gignit inſaniam. Hoc quã verum ſit, neceſſe eſt vt ſcias. Cùm habueris ſeruum & inimicum in omnes perſonas, hic exardeſcit affectus: tam ex amore naſcitur, quàm ex odio: non minus inter ſeria, quam inter luſus & iocos. Nec intereſt ex quam magna cauſa naſcatur, ſed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert quã magnus; ſed quo incidat: nam etiam maximum ſolida non receperũt rurſus arida & comburi facilia ſcintillam quoque fouent vſque in incendium. Ita eſt ingentis iræ exitus, furor eſt. Et ideo ira vitanda eſt: non moderationis cauſa, ſed ſanitatis.

Irati hominis vox qualis.

Epi. 2. lib. 20. Iracundi hominis, iracunda eſt oratio: commoti nimis incitata, delicati tenera & fluxa.

Bonus

Bonus animus læſus, grauius multò iraſcitur. In prouer.

Breuis mens ipſa eſt memoria iracundiæ. Ibid.

Bonum apud virum citò moritur iracundia. Ibid.

Iratum breuiter vites, inimicũ diu. Ibid.

Iracundiam qui vincit, hoſtem ſuperat maximum. Ibid.

Iratus etiã facinus conſiliũ putat. Ibid.

Grauiſſima eſt probi hominis iracundia. Ibid.

Reſpue crudelitatem, & matrem crudelitatis iram. Ibid.

Si quis iraſcitur, pœnas ab alio expetit, à ſe exigit. Ibid.

Iratus haud facilè flectitur.

Difficilè quam ſit animũ ab ira flectere In Medea.
Iam concitatum, quamque regale hoc putet
Sceptris ſuperbas quiſquis admouit manus
Qua cœpit ire, regia didici mea.

Ira, quæ tegitur nocet Ibid.
Profeſſa perdunt odia vindictæ locum.

DE INIVRIA.

CAP. CXIII.

Iniuriarum ſumma quæ.

HÆc eſt iniuriæ ſumma, Beneficium perdidiſti. Saluum tamen eſt tibi ex illo, quod eſt optimum dediſti. libr. 1. benef.

Iniura ſummo (quod aiunt) animo ferenda.

li. 2. de ira. Quoſdam vnius verbi contumelia, non æquo animo lata, in exilium proiecit: & qui leuem iniuriam ſilentio ferre noluerant, grauiſſimis malis obruti ſunt: indignatiq; aliquid ex pleniſſima libertate diminui, ſeruile in ſeſe attraxerunt iugum.

Ibid. Non eſt iniuria pati quod prior feceris.

Iniuria magnatum æquo animo ferenda: qui quos læſerunt, odiunt.

Ibid. Sæpe ſatius fuit diſſimulare, quam vlciſci.

Potentiorum iniuriæ hilari vultu, non patienter tantum ferendæ ſunt. Hoc autem habent peſſimum, animi magna fortuna inſolentes, quos læſerunt, & oderunt. Notiſſima vox eſt eius, qui in cultu regũ conſenuerat. Cũ illum quidam interrogaret, quomodo rariſſimã rem in aula cõſecutus eſſet, ſcilicet ſenectutem: Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo de ipſis.

A laſſo rixam quæri.

li. 3. de ira. Vetus dictũ eſt, A laſſo rixã quæri.

Pœna iniuriæ maxima feciſſe.

Ibid. Maxima eſt factæ iniuriæ pœna, feciſſe: nec grauius quiſquam afficitur, quam qui ad ſupplicium pœnitentiæ traditur.

Sola-

Solatium ex alieno infortunio quiſque capit in ſuo.

Quemadmodum æquiore animo filium in angulo flevit, qui vidit acerba funera, etiam ex regia duci: Sic animo æquiore feret ab aliquo lædi, ab aliquo contemni, cuicunque venit in mentem, nullam eſſe tantam potentiam, in quam non incurrat iniuria. Quis igitur ſum, cuius aures lædi nefas ſit? Ignouerunt multi hoſtibus, ego non ignoſcam pigris, negligentibus, & garrulis? Puerum ætas excuſet, fœminam ſexus, extraneum libertas, domeſticum familiaritas. Nunc primum offendit, cogitemus quamdiu placuerit. Sæpe & alias offendit, feramus quod diu tulimus. Amicus eſt, fecit quod voluit: inimicus eſt, fecit quod debuit. Prudentiori cedamus: ſtultiori remittamus. Pro quocũque, illud reſpondeamus nobis: Sapientiſſimos quoq; viros multa delinquere. Ibid.

Iniuria, & honores vulgi in promiſcuo habenda.

Reſpiciamus eorum exempla, quorum laudamus patientiam, vt Socratis, qui comœdiarum publicatos in ſe expectatos ſales, in bonam partem accepit: riſitque non minus, quàm cùm ab vxore Xantippe immunda aquà perfũderetur, Antiopeque mater Barbara, Libr. 2. de trã- quil. vitæ.

bara, & Traheſſa obijciebatur: Reſpondit & deorum matrem Ideam eſſe. Honores igitur & iniuriæ vulgi, in promiſcuo habendæ ſunt.

libr. de conſolat. ad Mart. Egregium verſum & dignum audiui, eſt enim è populo: Cuiuis poteſt accidere, quod cuique poteſt.

Iniuriæ quibus nihil nocent.

Epi. 4. lib. 14. Hoc aduerſus virtutem poſſunt calamitates, & damna: quod aduerſus ſolem poteſt nebula.

Epi. 3. lib. 14. Sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria.

Epi. 6. li 14. Iniuriarum remedium, eſt obliuio.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Ibid. Vires tuas amici magis ſentiant beneficijs, quam iniurijs.

libr. de morib. Multis minatur, qui vni facit iniuriam.

In prouer. Mutat ſe bonitas, cùm irritatur iniuria.

Ibid. Magni animi eſt proprium eſſe & tranquillum, & iniurias atque offenſiones ſemper deſpicere.

Ibid. Qui ob hoc iniuriam facit, quia poteſt, citò deſinit quia fecit.

Ibid. Reuera memoria beneficiorum fragilis eſt, iniuriarum tenax.

DE IVSTITIA

CAP. CXIII.

Iuſtitia quid.

Quid

QVid eſt iuſtitia, niſi naturæ tacita conuẽtio in adiutorium multorum inuenta? Et quid eſt iuſtitia, niſi noſtri animi conſtitutio? Sed eſt diuina lex, & vinculum ſocietatis humanæ. Quiſquis ergo hanc ſectari deſideras, Deum time prius & ama, & amaberis à Deo. Amabis enim Deum, ſi in hoc illum imitaberis, vt velis omnibus prodeſſe, & nulli nocere: & tunc te iuſtum virum appellabunt omnes, ſequentur, venerabuntur, & diligent. lib. de quatu. virtuti.

Iuſtitia regula qua.

Ita iuſtitiæ regula tenenda eſt, vt reuerentia diſciplinæ eius, neque nimia negligentię communitate deſpecta vileſcat, neque ſæueriori attrocitate durata, gratiam humanæ amabilitatis amittat. Ibid.

Bonæ iuſtitiæ, proxima eſt ſeueritas. In prouer.

DE INGRATITVDINE.

CAP. CXV.

Ingratitudo vitium maximum.

INter plurima maximaq; vitia, nullum eſt frequentius quam ingrati animi. lib. 1. benef.

Ingrati non effugiunt impietatem, quamuis aras ſanguine multo cruentauerint.

Sunt homicidæ, tyranni, fures, adulteri, raptores, ſacrilegi, proditores. At infra iſta omnia, ingratus eſt: niſi

quod omnia iſta ab ingrato animo ſūt ſine quó vix vllum magnū facinus accreuit. *Ingratis nil dignè praſtatur.*

lib. 2. benefi. Nullum eſt tam plenū beneficium, quod non vellicare malignitas poſſit. Nullum tam anguſtum quod non bonus, interpres extendat. Nunquam deerunt cauſæ quærendi, ſi beneficia à deteriore parte ſpectaueris.

Ingratitudo vbique impunita præter apud Macedones.

li. 3. benefi. Noſtri maiores maximi ſcilicet viri, ab hoſtibus antum expetierunt beneficia, magno animo dabant, magno perdebāt. Excepta Macedonum gente, non eſt in vllam data aduerſus ingratum actio. Magnumque hoc argumentum dandum non fuiſſe, quia aduerſus maleficiū omne conſenſimus, & homicidij, veneficij, parricidij, violatarum regionum, aliûbi atque aliûbi diuerſa pœna eſt, ſed vbique aliqua. Hoc frequentiſſimum crimen nuſquā punitur. Vbique improbatur, neque abſoluimus illud. Sed cùm difficilis eſſet incertę rei ęſtimatio, tantū odio damnamus: & inter ea relinquimus, quæ ad vindices Deos admittimus.

Ingratus quis.

Ibid. Ingratus eſt qui beneficiū accepiſſe ſe negat, q; accepit. Ingratus eſt, qui diſſimulat. Ingratus eſt qui nō reddit. Ingratiſſimus omniū, qui oblitus eſt.

Gratum hominem ſemper beneficium delectat, ingratum ſemel.

Ingratitudo concordiam diſſipat.

Per ſe fugiẽda res eſt, ingratum eſſe. Quoniam nihil æquè cõcordiam humani generis diſſociat ac diſtrahit, quam hoc vitium. Nam quo alio tuti ſumus, quam quod mutuis iuuamur officijs? Hoc vno inſtructior vita. lib. 4. beneſi.

Quomodo demẽtiſſimè teſtabitur, qui tutorem filio reliquerit, pupillorum ſpoliatorem: ſic peſſimè beneficia dare dicetur, quicunque ingratos eligit, in quos petitura conferat. Ibid.

Si Deum imitaris, da & ingratis beneficia. Nam & ſceleratis ſol oritur, & piratis patent maria. Ibid.

Ingratus quis.

Ingratus eſt qui in referenda gratia ſecundum datũ videt: qui ſperat, cùm reddit. Ingratum voco, qui ægro aſſidet, quia teſtamẽtum facturus eſt: cui de hereditate, aut de legato vacat cogitare. Faciat licet omnia, quæ facere bonus amicus & memor officij debet, ſi animo eius obuerſatur ſpes, ſi lucri captator eſt, & hamum iacit, vt aues quæ laceratione corporum aluntur, lapſa morbo pecora, & caſura è proximo ſpeculantur, ita hic imminet morti, & circa cadauer volat. Gratus anim^9^ ipſa virtute propoſiti ſui capitur Ibid.

Ibid. Metus nullus ingrato.

Ingratitudo vrbis Romanæ contra bonos ciues.

li. 5 be- neſi. Ipſa Reſpublica Romana quam ingrata in optimos ac deuotiſſimos ſibi fuerit, ſi percurrere cæpero, deficiet me dies enumerantē ingratos: quamque non minus ſępe peccauerit, quam in ipſam peccatum eſt. Camillum in exilium miſit, Scipionem dimiſit, exulauit poſt Catelinam Cicero, diruti eius penates, bona direpta: factum quicquid victor Catelina feciſſet, Rutilius innocentiæ precium tulit. In Aſia latenti Catoni populus Romanus præturam negauit, conſulatum pernegauit. Ingrati publicè ſumus, &c.

Ingratus iniurias dilatat.

Epiſt. 5. li. 11. Torquet ingratus ſe & macerat: odit quę accepit, quia redditurus eſt, & extenuat. Iniurias verò dilatat, atque auget. Quid autem eo miſerius, cui beneficia excidunt, hærent iniuriæ? At contra, ſapientia exornat omne beneficium, ac ſibi ipſa commendat, & ſe aſſidua eius cōmemoratione delectat. Malis vna voluptas eſt, & hæc breuis, dum accipiunt beneficia, ex quibus ſapiēti longum gaudium manet ac perhenne. Non enim illum accipere, ſed accepiſſe delectat, quod immortale eſt & aſſiduum.

Omnis

Omnibus ſemper bene velle ſapientis eſt.

Quemadmodum reus ſentētijs paribus abſoluitur, & ſemper quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius: Sic animus ſapientis, vbi paria maleficijs merita sūt, deſinet quidem debere, ſed non deſinet velle debere. Ibid.

Ingratus vnus miſeris omnibus nocet. In prouerb.

Malignum fieri, maximè ingrati docent. Ibid.

DE INGENIO.

CAP. CXVI.

Ingenia illuſtriora, breuiora.

ERipit ſe, aufertque ex oculis perfecta virtus: Sic ingenia quæ illuſtriora, breuiora ſunt. Fabianus ait, Quod noſtri quoque parētes videre, puerum Romæ fuiſſe, ſtatura ingentis viri, ſed hic cito diſceſſit, & moriturum breui nemo non prudens dixit. lib. de cōſola. ad Mar.

Magnis ingenijs vita non eſt chara.

Nunquam magnis ingenijs chara in corpore mora eſt: exire atq; erumpere geſtiunt. Ægrè has anguſtias ferunt vagi, per omne ſublimes, & ex alto aſſueti humana deſpicere. Inde eſt quod Plato clamat: Sapiētis animum totum in morte prominere: hoc velle, hoc meditari, hac ſemper cupidine ferri in exteriora tendentem. Ibid.

Ingenij firmamentum.

Epi.1. lib.7. Seuerior loci diſciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit.

Vis ingenij præceptis alitur.

Epi. 6. lib. 14. Ingenij vis præceptis alitur & creſcit, non aliter quam ſcintilla flatu leui adiura: nouaſque perſuaſiones adijcit innatis, & deprauata corrigit.

Ibid. Imbecillioribus ingenijs neceſſarium eſt aliquem præire. Hoc vitabis: hoc facies.

Ingenium gratioſum quod.

Epiſt. 2. li.10. Nullũ ſine venia placuit ingenium. Nihil eſt tam mortiferum ingenijs, quam luxuria.

li.1.de clama. *Iuuenes omni ignauia ac luxu torpentes, taxantur.*

Ibid. Torpent ingenia deſidioſæ iuuentutis nec in vllius honeſtæ rei labore vigilatur. Somnus languorq́;, ac ſomno & languore turpior, malarũ rerum induſtria, inuaſit animos. Cantandi, ſaltandique nunc obſcœna ſtudia effœminatos tenent, & capillum frangere, & ac muliebres blãditias vocem extenuare, mollicia corporis certare cum fœminis, & immundiſſimis ſe excolere munditijs, noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt.

In vna re ſolemus excellere non pluribus: idq́ probat clariſſimis authoribus.

In vna

In vna re ſolemus excellere non pluribus. Magna quippe ingenia, à quibus multum abeſſe neſcio, quando plus quam in vno eminuerunt opere? Virgilium illa fœlicitas ingenij oratione ſoluta reliquit. Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit. Orationes Saluſtij in honorem hiſtoriarum leguntur. Eloquentiſſimi viri Platonis oratio, quę pro Socrate ſcripta eſt: nec patrono, nec reo digna eſt. Hoc non ingenijs tantùm, ſed corporibus videmus accidere: quorum vires non ad omnia, quæ viribus efficiũtur, aptæ ſunt. Illi nemo luctando par eſt ille ad tolerandam magni põderis ſarcinã præualet: ille quicquid apprehẽdit; non remitit, ſed in procliuũ nitẽtibus, vehiculis, moraturas manꝰ inijcit. lib. 3. declamat.

Varietas rerum potiſſimum ex diuerſitate ingeniorum noſcitur.

Non idem omnibus mortalibus natura tribuit ingenium. Animus meus durior eſt, illius clementior. Alius ſæuerior eſt, quam neceſſe eſt: medijs alius affectibus inter vtrũque poſitus, totus in ſua poteſtate eſt. Quidam & accuſare, & damnare poſſunt, & occidere: quidam tam mites ſunt, vt non poſſint in caput ne teſtimonium quidem dicere. Non poſſum hominem occidere, hoc vitium & apud Pyratas in- Lib. 4. cõtrouerſ.

ratas inuenitur. Alij viuere ſine Reip. adminiſtratione non poſſunt: alijs in priuato latere, & extrà omnem inuidiam ſeceſſiſſe præcipua tranquillitas eſt; alijs non poteſt perſuaderi, vt matrimonio obligentur, alijs vt careant. Sunt qui caſtra timent, ſunt qui cicatricibus ſuis gaudeant. Tanta eſt morum ingeniorumque varietas.

DE INVIDIA.

CAP. CXVII.

Liuidi aliena bona inſequuntur.

Libr. 1. de trãquil. vitæ.

ALit liuorem infœlix inertia, & omnis deſtrui cupiunt, quia ſe non potuerunt prouehere.

Virtus inuidiæ patet.

libr. de vita beata.

Quam magnus mirantium, tam magnus inuidentium populus eſt.

Nulla re maior inuidia fortunæ fit, quam æquo animo.

libr. de cõſol. ad Mar.

Raro inuidiam effugies, ſi te ingeſſeris oculis, ſi bona tua iactaueris: ſi non ſcieris in ſinu gaudere.

Epiſt. 2. lib. 18.

Quæ ad inuidiam vſque perueniunt, facilè cadunt.

lib. 1. ſua ſoaiar.

Nunquam ſolido ſtetit ſuperba fœlicitas, & ingentium imperiorum magna faſtigia obliuione fragilitatis humanæ collapſa ſunt. Scias ad finem peruenisse, quæ ad inuidiam perducta ſunt: maria, terraſque rerum natura ſtatione mutauit ſua.

Actius Poſthumus: Nihil eſt, inquit, inuidia periculoſius. Hanc ſapientes viri veluti peſtem vitandam eſſe pręcipiunt. Libr. 4. cõtrouerſ.

Inuidia id loquitur, non qui ſubeſt. In prouer.

Inuidiam ferre, aut fortis, aut fœlix poteſt. Ibid.

Inuidia tacitè, ſed minutè iraſcitur. Ibid.

DE LABORE.

CAP. CXVIII.

Labor nutrit generoſos animos.

GEneroſos animos labor nutrit. Epi. 5. lib. 4.

Laboris patiens arator.

Nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. Epi. 1. lib. 7.

Nulla eſt ſine difficultate ſubtilitas. Epi. 8. lib. 8.

Labor pigris ſupplicium.

Luxurioſo frugalitas pœna eſt: pigro ſupplicij loco labor eſt. Epi. 2. lib. 10.

Damna ætatis malè exemptæ labor ſarciat, ſibique totus animus vacet: & ad contemplationem ſui ſaltem ipſo impetu reſpiciat. lib. 3. natur. quæſt.

Labor firmiores efficit.

Interdum continuatus labor firmiores facit. Lib. 2. cõtrouerſ.

Sæpe quos labor roborauerat, deſidia conſumpſit. Ibid.

Spes premij ſolatium fit laboris. libr. de morib.

Ceſſandum quandoque à labore, moraliter.

Poſt multa virtus opera laxari ſolet. In Hercule furēte.

DE LAVDE. CAP. CXIX.

Laus ex plurium aſſentatione contemnenda..

Epi. 7. lib. 1. DEmocritus ait: Vnus mihi pro populo eſt, & populus pro vno. Bene & ille quiſquis fuit (ambigitur enim de authore) cùm quæreretur ab illo, quo tanta diligentia artis ſpectaret, ad pauciſſimos peruenturæ: Satis ſunt, inquit, mihi pauci, ſatis eſt vnus, ſatis nullus. Egregiè hoc tertium Epicurus, cùm vni ex conſortibus ſtudiorum ſuorum ſcriberet, hæc inquit: Ego nõ multis, ſed tibi: ſatis enim magnum alter alteri theatrum ſumus.

Claritas quid.

Epi. 2. lib 17. Claritas laus eſt, à bonis bono reddita.

Ibid. Laudare dignos, honeſta actio eſt.

Epi. 1. lib. 17. Facilius creſcit laus, quàm incipit.

Aſſenſio popularis omne ſtudium vitiat.

Epi. 2. lib. 17. Tragicus ait. Magnificum eſſe laudari, à laudato viro laude digno. Et antiquus Poëta ait: Laus alterius, non laudationem dicit, quæ corrumpit artes. Nihil enim ęquè & eloquentiam, & omne aliud ſtudium auribus deditũ vitiauit, quam popularis aſſenſio.

Ibid. Ad gloriam & famam non eſt ſatis vnius opinio. Fama vocem deſiderat.

Laus naturæ.

Epi. 11 li. 22. Natura iubet augere laudandã. Nemo non gloriam vltra rectum tulit.

Effice

Effice vt poſſis laudari, ſin minus, vt agnoſci. Ibid.

Laus eſt maledici à malitia

Malis diſplicere, laudari eſt. Non poteſt vllam auctoritatem habere ſententia, vbi qui damnandus eſt, malè de te loquitur. li. de re med. fortuit

Laudatio nimia eſt reprehenſibilis.

Lauda parcè, vitupera parcius. Nã ſimiliter reprehenſibilis eſt nimia laudatio, vt immoderata vituperatio. Illa ſiquidem adulatione, iſta malignitate ſuſpecta eſt. lib. de quatu. virtuti.

Si tibi tam triſte laudari à turpibus, quam ſi lauderis ob turpia. Ibid.

Laus vbi noua oritur, etiam vetus admittitur. In prouer.

Laſciuia & laus, nunquam habent concordiam. Ibid.

Quam magnum eſt non laudari, & eſſe laudabilem. Ibid.

Laus vera humili ſæpe contingit viro.
At qui fauoris gloriam veri petit
Animo laudari magis quam voce volet. In Thyeſte.

Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet. Ibid. In Octauia.

DE LACHRYMIS.
CAP. CXX.

Heraclitus ſemper plorans incedebat: Democritus verò nunquam ſine riſu.

HEraclitus quotiens prodierat in publicum, & tantum circa ſe malè lib. 2. de ira.

malè viuentium; imò malè pereuntium viderat, flebat: miſerabatur omnium, qui ſibi læti fœliceſque occurrebant, miti animo, ſed nimis imbecillo, & ipſe inter deplorandos erat. Democritum contra aiunt, nunquam ſine riſu in publico fuiſſe. Adeò nihil illi videbatur ſerium eorùm, quæ seriò gerebantur.

Difficile quid.

lib. de breuit. vitæ. Nihil eſt difficilius, quam magno dolori paria verba reperire.

Humanæ conditionis miſeria lachrymis eſt proſequenda.

Ibid. Omnes agedum mortales circumſpice. Larga vbique flendi & aſſidua materia. Alium ad quotidianum opus, laborioſa egeſtas vocat. Alium ambitio nunquam quieta ſollicitat. Alius diuitias quas optauerat, metuit, & voto laborat ſuo. Alium ſollicitudo, alium labor torquet, alium ſuper veſtibulum obſidens turba. Hic habere ſe dolet liberos, hic perdidiſſe. Lachrymæ nobis deerunt, antequam cauſſæ dolendi. Non vides qualem vitam nobis rerum natura promiſerit, quæ primum naſcētium hominum fletum eſſe voluit. Hoc principio edimur, huic omnis ſubſequentium annorum ordo conſentit, ſic vitam agimus: id eoque moderatè id fieri debet à nobis, quod ſæpe

ſæpe faciendum eſt, & reſpicientes quantum à tergo rerum triſtium immineat ſi non finire lachrymas, at certè reſeruare debemus. Ibid.

Vnuſquiſque ſuos patitur Manes.

Nulla domus in toto orbe terrarũ aut eſt, aut fuit, ſine aliqua comploratione. Lib. de cõſola. ad Martiam.

Nullam miſeram nominabis domum, quæ non inueniat in miſeriore ſolatium. Ibid.

Tota vita flebilis eſt. Libr. 3. de ira.

Rapina rerum omnium eſt. lib. de cõſol.

Æquiore animo filium in angulo fleuit, qui vidit acerba funera, etiam ex regia duci.

Lachrymarum vis.

Nunquam lachrymæ opprimũtur imperio, ſed etiam irritantur. lib. 4. de cla.

Nulla maior eſt flendi cauſa, quam flere non poſſe. Ibid.

Nunquam tam durus hoſtis fuit, vt parentis lachrymis non flecteretur. li. 7. declam.

Lachryma quid.

Lachryma eſt indiciũ inoptatæ rei. Lachrymæ coacti doloris inter præcordia & intolerabilis ſilentij eruptio. Sicut ille qui ſuper cinerem deflet patrimonium, odit incendium: Sic qui naufragium deflet, maria deteſtatur. Fletus humanarum neceſſitatum, verecunda execratio eſt. Nemo vnquam lib. 8. declamat.

quod cupit deflet.

In prouerb. Ab amante lachrymis redimas iracundiam.

Ibid. Dediſcere flere fœminam, eſt mendacium.

Arbitrio tuo.

In Troade. *Implere lachrymis fletus, ærumnas leuat.*

Ibid. *Leuis eſt dolor qui conſilium capere poteſt.*

DE LECTIONE.
CAP. CXXI.

Lectioni ſolidæ inſiſtendum non variæ.

Epi. 2. lib. 1. CErtis ingenijs immorari & innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere, quod in animo fideliter ſedeat. Nuſquam eſt, qui vbique eſt. In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, vt multa hoſpitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat neceſſe eſt eis, qui nullius ſe ingenio familiariter applicant: ſed omnia curſim & properãter tranſmittunt. Non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumptus emittitur. Nihil æquè ſanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricẽ, in quo crebra medicamenta tẽtantur. Non conualeſcit planta, quæ ſæpius transfertur. Nihil tam vtile eſt, quod in tranſitu proſit. Diſtrahit animum librorum multitudo. Itaq; cum legere

legere non poſſis quantum habueris, ſat eſt habere quantum legas. Sed modo inquis, hunc librum euoluere volo, modo illum. Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare, quæ vbi varia ſunt & diuerſa, coinquinant, non alunt. Probatos ſemper lege, & ſi quãdo ad alios diuerti libuerit, ad priores redi: & cùm multa percurreris, vnũ excerpe, quod illo die concoquas. Hoc ipſe quoque facio, ex pluribus quæ lego, aliquid apprehendo hodiernum.

Non refert quam multos libros, ſed quam bonos habeas. Lectio certa prodeſt, varia delectat. Epi. 2. lib. 6.

Alternitas lectionum reficit ingenium.

Alit lectio ingenium, & ſtudio fatigatum, non ſine ſtudio tamen reficit. Nec ſcribere tantum, nec tantum legere debemus. Altera res contriſtabit vires, & exhauriet (de ſtilo dico) altera ſoluet ac diluet. Inuicem hoc & illo commeandum eſt, & alterum altero temperandum, vt quicquid lectione collectum eſt, ſtilus redigat in corpus. Epi. 2. lib. 12.

DE LEGE. CAP. CXXII.

Lex ſit breuis.

Legem breuem eſſe oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, velut emiſſa diuinitus vox ſit. Iubeat, Epi. 6. lib. 14.

non

non diſputet. Quid autē philoſophia, niſi vitæ lex eſt?

lib. 3. contro uerſ. Lex nihil vult temerè fieri.

Legem nocens veretur, fortunam innocens.

In pro-uerb. Lex vniuerſi eſt, quæ iubet naſci & mori.

Ibid. Vtinam ea lex homini eſſet, vt cum

Ibid. telo ſuo frangeretur, nec ſæpius liceret nocere, quam ſemel.

DE LIBERTATE.

CAP. CXXIII.

Licentia omnes deteriores reddi nimia.

li. 1. benefic. IN petulantiam & audaciam erumpet, malè diſpenſata libertas.

Libertas vera qua.

Epi. 1. lib. 7. Quæris quæ ſit libertas? Nulli rei ſeruire, nulli neceſſitati, nullis caſibus. Fortunam in æquum deducere, quo die intellexero illam plus poſſe, nil poterit. Ego illam feram, cum in manu mors ſit.

Epi. 8. lib. 8. Contemptus corporis ſui, certa libertas eſt.

Libertas non præſtatur gratis.

Epi. 1. lib. 18. Aurum & argentum, & quicquid aliud fœlices domos onerat, relinquatur: Non poteſt gratis conſtare libertas. Hanc ſi magno æſtimas, omnia paruo æſtimanda ſunt.

Epi. 4. lib. 22. Magna pars libertatis eſt, benè moratus venter, & contumeliæ patiens.

Liber

Liber quis.

Liber eſt, qui ſeruitutem effugit ſuam. Libr. 3 natur. quæſt.

Non liber quis.

Nemo liber eſt qui corpori ſeruit. Epi. 4. lib. 14.

Natura omnes ſumus liberi.

Neminem natura fecit liberum, neminem ſeruum. Impoſuit fortuna nomina hæc ſingulis. li. 7. de clam.

Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt. In Hippolyt.

DE LOCO. CAP. CXXIV.

Ingenij firmamentum quod.

Seuerior loci diſciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. Epi. 1 lib. 7.

Locus non iuſtificat.

Omnia licet foris reſonent, dum intus nihil tumultus, dum inter ſe non rixentur cupiditas & timor: dum auaritia, luxuriaque non diſſideant, nec altera alteram vexet. Nam quid prodeſt totius regionis ſilentium, ſi affectus fremunt? Omnia noctis erant, tacita compoſta quiete. Falſum eſt, nulla placida quies eſt, niſi quam ratio compoſuit. Illa autem tranquillitas vera eſt, in quam bona mens explicatur. Epi. 5. lib. 7.

Frequens loci mutatio vitanda.

Frequens loci migratio, inſtabilis animi eſt: coaleſcere otium nō poteſt, niſi Epi. 4. lib. 9.

niſi deſinat circumſpicere & errare. Vt animum poſſis continere, prius corporis tui fugam ſiſte, deinde plurimũ remedia continuata proficiunt. Interrumpenda non eſt quies, & vitæ prioris obliuio.

DE LINGVA SEV VERBO, CAP. CXXV.

Iniuria verbi æquo animo ferenda.

lib. 2. de ira. QVoſdam vnius verbi contumelia, non æquo animo lata, in exiliũ proiecit: & qui leuem iniuriam ſilentio ferre noluerant, grauiſſimis malis obruti ſunt: indignatique aliquid ex pleniſſima libertate diminui, ſeruile in ſe attraxerunt iugum.

li. 2. de clemẽtia. Illud mecum conſidera, multas voces magnas, ſed deteſtabiles in vitam humanam perueniſſe, celebreſq; vulgo fieri, vt illam oderint, dum metuant. Cui Græcus verſus ſimilis eſt. Qui ſe mortuo terram miſceri ignibus iubet.

Alia ſæpe loquimur verbis quam opere agimus.

libr. de vita beata. Aliter inquis, loqueris, aliter viuis. Hoc per maligniſſima capita & optimo cuique inimiciſſima, Platoni obiectum eſt: obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes iſti dicebant, non quemadmodum ipſi vixerunt: ſed quemadmodum ipſis viuendum eſſet.

De

De virtute, non de me loquor. Cum vitijs conuitium facio.

Non præſtant philoſophi quæ loquuntur, multũ tamen præſtant quod loquuntur, quod honeſta mente concipiunt. Nam ſi & paria dictis agerent, quid eſſet illis beatius? Interim non eſt quod contemnas bona verba, & bonis cogitationibus plena præcordia Studiorum ſalutarium etiam affectuum laudanda tractatio eſt. Ibid.

Turpè eſt aliud loqui, aliud ſentire: quantò turpius, aliud ſcribere, aliud ſentire? Epi. 5. lib. 3.

Multum viua vox facit. Epi. 4. lib. 4.

Fabij exemplo docet nos eſſe tardiloquos.

Fabius vir egregius & vita & ſcientia, eloquentia diſputabat expeditè magis quàm concitatè: vt poſſes dicere facillitatem eſſe illam, non celeritatem. Hanc ego in viro ſapiente recipio, non exigo: vt oratio eius ſine impedimento exeat, proferatur tamen malo, quam profluat. Nam quemadmodum ſapienti viro inceſſus modeſtior conuenit: ita oratio preſſa, non audax. Summa ergo ſummarum hæc erit tibi, tardiloquium te eſſe iubeo. Epi. 5. lib. 5.

Eſt oratio timidiſsimus audax. Epi. 7. lib. 3.

Tecum habita ſub ſilentio.

Nihil æquè tibi proderit, quam quieſcere, & minimum cum alijs loqui Epi. 8. lib. 18.

qui, plurimum tecum. Eſt quædam dulcedo ſermonis, qui irrepit & blanditur: non aliter quam ebrietas, aut amor, ſecreta producit.

Ibid. Qui rem non tacuerit, non tacebit autorem.

li. de re med. fortuit. Non poteſt vllam auctoritatem habere ſententia, vbi qui damnãdus eſt, malè de te loquitur.

Ibid. Bene neſciunt loqui, qui faciunt, non quod mereor, ſed quod ſolent. Quibuſdam enim canibus ſic innatũ eſt, vt nõ pro feritate, ſed pro conſuetudine latrent.

Obſcœna non proferenda.

li. 1. de clama. Longè recedendum eſt ab omni obſcœnitate verborum & ſenſuum. Quędam ſatius eſt cauſæ detrimento tacere, quam inuerecundè dicere.

lib. de morib. Verba rebus, non perſonis ęſtimanda ſunt.

Ibid. Auribus frequentius, quam lingua

Ibid. vtere.

Quicquid dicturus es, antequã alijs dixeris, dicito tibi.

Ibid. Qui neſcit tacere, neſcit & loqui.

Ibid. Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor per verba diſcutitur.

In Medea. Suſpecta ne ſint longa colloquia; amputa.

DE LVXVRIA. CAP. CXXVI.

Luxu-

Luxuria exhaurit omnia.

VNdique conuehunt omnia vota faſtidienti gulæ: à Parthis aues petũtur. Quod diſſolutus delitijs ſtomachus vix admittat, ab vltimo portatur Oceano. Vomunt vt edant, edũt vt vomant: epulas quas toto orbe conquirunt, nec coquere dignantur. O miſerabiles, quorum palatum niſi ad precioſos cibos non excitatur. Precioſos autem, non eximius ſapor, aut aliqua faucium dulcedo: ſed raritas & difficultas parandi facit. Alioquin ſi ad ſanam illi mentem placeat reuerti, quid opus eſt tot artibus ventri ſeruientibus? Quid mereatur his? quid vaſtatione ſyluarũ? quid profundi perſcrutatione? paſſim iacent alimenta, quæ rerum natura omnibus locis diſpoſuit: ſed hic velut cæci tranſeunt, & omnes regiones peruagantur: maria traijciunt, & cùm famem exiguo cibo poſſint ſedate, magno irritant. lib.de conſo. ad Albinam.

Auguſtus centies ſeſtertio cœnauit vno die.

Cæſar Auguſtus, quem mihi videtur rerum natura ediſſe, vt oſtenderet quid ſumma vitia, in ſumma fortuna poſſent, centies ſeſtertio cœnauit vno die: & in hoc omnium adiutus ingenio, vix tamen inuenit quomodo trium prouinciarũ tributum vna cœna fieret. Ibid.

Apicij luxuria & prodigalitas quanta.

Ibid. Apicius noſtra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando philoſophi velut corruptores iuuentutis abire iuſſi ſunt, ſcientiam popinæ profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit, cuius exitum noſſe operæpretium eſt: cũ ſeſtertium millies in culinam congeſſiſſet, cùm tot congiaria principum, & in ingens capitolij vectigal ſingulis comeſſationibus hauſiſſet, ære alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primum coactus inſpexit, ſuperfuturum ſibi ſeſtertium centies computauit: & velut in vltima fame victurus, ſi ſeſtertio centies vixiſſet, veneno vitam finiuit. Quanta luxuria fuit, cui ſeſtertium centies egeſtas fuit: imò puta pecuniæ modum ad rem pertinere.

Frugalitas quibus pœna.

Epiſt. 2 lib. 10. Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſupplicij loco, labor eſt. Delicatis miſeria eſt, continentia: deſidioſo ſtudere, torqueri eſt.

Luxuria ſuperuacua deſiderat.

Epi. 2. lib. 14. Simplici cura conſtant neceſſaria, in delitijs laboratur. Ad parata nati ſumus, nos omnia nobis difficilia ſtudio fecimus. Tecta regumentaque & fomenta corporum & cibi, & quæ nũc ingens negotium facta ſunt, obuia erant, & gratuita, & opera leui parabi-

lia

lia. Modus enim omnium prout poſtulabat neceſſitas erat:nos iſta pernicioſa,nos miſera,nos magnis, multiſque conquirenda artibus fecimus. A natura luxuria deſciuit, quæ quotidie ſeipſam incitat, & tot ſeculis creſcit, & ingenio adiuuat vitia. Primò ſuperuacua cœpit concupiſcere,deinde cõtraria,nouiſſimè corpori animum addixit, & illius deſeruire libidini iuſſit, Receſſit enim ille naturalis modus, deſideria ope neceſſaria finiens. Iam ruſticitatis eſt & miſeriæ, velle quantum ſat eſt.

Luxuriæ ſtudia.

Vbi luxuriam latè fœlicitas fudit, luxus primum corporum eſſe diligentior incœpit. Deinde ſuppellectili laboratur, deinde in ipſas domos impẽditur cura,vt in laxitatem ruris excurrant: vt parietes aduectis trans maria marmoribus fulgeant,vt tecta varientur auro, vt lacunaribus pauimentorum reſpondeat nitor. Deinde ad cœnas lautitia transfertur, & illic commendatio ex nouitate, & ſoliti ordinis commutatione captatur. Vt ea quæ cludere cœnam ſolent, cœna prima ponantur: vt quæ aduenientibus dabantur,exeuntibus dẽtur,&c. Epiſt. 2 lib. 20.

Nec illi tam gratum eſt abundare Ibid.

iucundis, quam acerbum, quod non omnem illum apparatum per gulam, ventremque tranſmittit. Non cũ omni exoletorum, fœminarumque turba conuolutatur. Mœretque quod magna pars ſuæ fœlicitatis excluſa, corporis anguſtijs ceſſat, &c. Aſpice culinas noſtras, & conuerſantes inter tot ignes coquos noſtros. Vnũ videri putas ventrem, cui tanto tumultu comparatur cibus? Aſpice vinaria noſtra, & plena multorum ſeculorum vindemiis horrea noſtra. Vnum putas videri ventrem, cui tot regionum vina cludantur. Aſpice quot locis vertatur terra, quot milia colonorum arent, fodiant. Vnum putas videri ventrem, cui & in Sicilia, & in Africa ſeritur. Sani erimus, & modico concupiſcemus, ſi vnuſquiſq; ſe numeret, metiatur ſimul corpus: ſciatque nec multum capere, nec diu poſſe.

Tormenta infœlicis luxuriæ quanta.

Epi. 5. li. 22. Miſcere vitia deſiderijs noli. Quæris quali menſa quali argento, quam paribus miniſterijs & leuibus afferatur cibus? Nihil præter cibum natura deſiderat. Num tibi cũ fauces vrit ſitis, aurea quæris pocula? Nũ eſuriens faſtidis omnia, præter Pauonem Rhombumq;? Ambitioſa non eſt fames, cõtenta deſinere eſt. Quo deſinat nõ nimis

mis curat. Infœlicis luxuriæ iſta tormenta ſunt. Quærit quemadmodum poſt ſaturitatem quoq; eſuriat: quemadmodum non impleat ventrem, ſed faciat: quemamodum ſitim in prima potione ſedatam reuocet. Egregiè itaq; Horatius negat ad ſitim pertinere, quo poculo aqua, aut quam eleganti manu miniſtretur. Nã ſi pertinere ad te iudicas, quã trinitus puer, & quam perlucidum tibi poculum porrigat, nõ ſitis. Inter reliqua hoc nobis natura pręſtitit pręcipuũ, quod neceſſitas faſtidium excuſſit. Recipiũt ſuperuacua delectum, Hoc parũ decens, illud laudatum oculos meos lædit. Id actũ eſt ab illo mundi creatore, qui nobis viuendi iura deſcripſit, ſalui eſſemus, nõ delicati. Ad ſalutẽ omnia parata ſunt, & in promptu: delitijs omnia miſerè, ac ſollicitè comparãtur. Vtamur ergo in hoc naturæ beneficio inter magna numerando, & cogitemus nullo nomine melius illam meruiſſe de nobis, quã quia quicquid ex neceſſitate deſideretur, ſine faſtidio ſumitur.

Luxurioſorum faſtus quantus.

Ad hunc faſtum peruenere ventres delicatorum, vt guſtare non poſſint piſcem, niſi quem in ipſo conuiuio natantem palpitantemq; viderint. Quãti ad ſolertiam luxuriæ pereunt? His acce- libr. 1. natur. quæſt.

accedit, tantoque ſubtilius quotidie & elegantius aliquid excogitat furor, vſitata contemnens. Illa audiebamus: Nihil eſt melius ſalatili Mullo. At nūc audimus: Nihil eſt moriente formoſius. Non ſunt ad popinam, dentibus & ventre, & ore contenti, oculis quoque guloſi ſunt.

lib. 4. natur. quæſt. Illi, cui diuitiæ moleſtæ ſunt, excogitatum eſt, quemadmodū etiam caperet aqua luxuriā. Vnde ad hoc peruentum eſt, vt nulla nobis aquæ ſatis frigida videretur quæ flueret, dicam. Quamdiu ſanus & ſalubris cibi capax ſtomachus eſt, impleturque, non premitur, naturalibus fomentis contentus eſt. Vbi quotidianis crudiatibus non temporis æſtus, ſed ſuos ſentit, vbi ebrietas continua viſceribus incedit & prçcordiale in quod vertitur torret, aliquid neceſſario quæritur, quo æſtus ille frangatur, qui ipſis aquis incaleſcit, remedijs incitat vitium. Itaque nō æſtate tantum, ſed media hyeme niuem hac cauſa bibunt. Quæ huius rei cauſa eſt? niſi inteſtinum malū, & luxu corrupta præcordia, quibus nullum interuallū vnquam quo interquieſcerent datū eſt: ſed prandia cœnisvſq; in lucē perductis, ingeſta ſunt: & diſtētos copia ferculorum ac varietate, comeſſatio altius merſit? Deinde nun-

nunquã intermiſſa temperantia, quicquid ante decoxerat, efferauit, & in deſiderium ſemper noui rigoris accẽdit. Itaque quamuis cœnationem velis ac ſpecularibus muniant, & igne multo doment hyemem: nihilominus ſtomachus ille ſolutus, & æſtu ſuo languidus, quærit aliquid quo erigatur. Nam ſicut animo relictos, ſtupenteſque aqua frigida ſpargimus, vt ad ſenſum ſui redeant: ita viſcera iſtorum intus torpentia nihil ſentiunt, niſi frigore illa vehementiore percuſſeris. Inde eſt, inquam, quòd nec niue contenti ſunt, ſed glaciem, velut certior illi ex ſolido rigor ſit: exquirunt, ac ſæpe repetitis aquis diluunt. Nõ quæ è ſummo tollitur, ſed vt vim maiorem habeat, & pertinatius frigus ex abdito effoditur. Itaque ne vnum quidem eius eſt pretium: ſed habet inſtitores aqua, & annonam proch pudor, variã. Vnguentarios Lacedæmonij vrbe expulere, & properè cedere finibus ſuis iuſſerunt, quia oleum diſperderent. Quid illi feciſſent, ſi vidiſſent reponẽdæ niuis officinas: & tot iumenta deportandæ aquæ deſeruientia: cuius ſortè colorem, calorem, ſaporemque paleis, quibus cuſtodiunt, inquinant? At Dij boni quam facilè eſt extinguere ſitim ſanam. Sed quid ſentire

poſſunt emortuæ fauces, & occallatæ cibis ardentibus? Quemadmodum illis nihil ſatis frigidum, ſic nihil calidum illis ſatis eſt, ſed ardentes boletos, & raptim indumento ſuo merſatos, demittunt penè fumantes, quos deinde reſtringuant niuatis potionibus. Non intelligis omnia conſuetudine vim ſuam perdere? Itaq; nix iſta, in qua etiam iam natatis, eo peruenit vſu ad quotidianam ſtomachi ſeruitutem, vt aquæ locum obtineat. Aliquid adhuc quærite illa frigidius: quia pro nihilo eſt familiaris rigor.

lib. 7. natur. quæſt. Tardè magna proueniunt. Vtique ſi labor ceſſat, in quod vnũ toto agimus animo, nondum perfecimus, vt peſſimi eſſemus. Adhuc in proceſſu vitia ſunt. Inuenit luxuria aliquid noui, in quod inſaniat. Inuenit impudicitia nouã contumeliam ſibi. Inuenit deliciarum diſſolutio & tabes aliquid tenerius molliuſque, quo pereat. Nondum ſatis robur omne proiecimus. Adhuc quicquid eſt boni moris, extinguimus leuitate & politura corporũ. Muliebres mundicias anteceſſimus, colores meretricios, matronis quidẽ non induendos, viri ſumimus. Tenero & molli greſſu ſuſpendimus gradum. Non ambulamus, ſed incedimus: exornamus annulis digitos, in omni articulo

ticulo gemma diſponitur. Quotidie comminiſcimur, per quæ virilitati fiat iniuria: aut traducatur, quia non poteſt exui.

Nihil eſt tam mortiferum ingenijs quam luxuria. li. 1. declam.

Adoleſcens luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus inſanit. li. 2. declam.

Quicquid auium volitat, quicquid piſcium natat, quicquid ferarum diſcurrit, noſtris ſepelitur ventribus. lib. 10. declamat.

Blanditia non imperio, fit dulcis Venus. In prouerb.

Libido eſt indicium, quo leuitas ſapit. Ibid.

Libido etiam cunctos ſub vultu domat. Ibid.

Regius luxus procul
Eſt impetus fugiſſe, ſollicito bibunt In Hippolyto.
Auro ſuperbi, quam iuuat nuda manu.
Captaſſe fontẽ: celerius ſomnus premit.
Securo dura membra verſantur thoro.

Luxuria victrix orbis.
Cupido belli creuit, atque auri fames, In Octauia.
Totum per orbem maximum exortum
eſt malum
Luxuria, peſtis blanda: cui dedit vires,
Roburq́ longũ tẽpus, atque error grauis.
Collecta vitia per tot ætates diu.
In nos redundant, ſeculo premimur graui.

niſi deſinat circumſpicere & errare. Vt animum poſſis continere, prius corporis tui fugam ſiſte, deinde plurimũ remedia continuata proficiunt. Interrumpenda non eſt quies, & vitæ prioris obliuio.

DE LINGVA SEV VERBO, CAP. CXXV.

Iniuria verbi æquo animo ferenda.

lib. 2. de ira. QVoſdam vnius verbi contumelia, non æquo animo lata, in exiliũ proiecit: & qui leuem iniuriam ſilentio ferre noluerant, grauiſſimis malis obruti ſunt: indignatique aliquid ex pleniſſima libertate diminui, ſeruile in ſe attraxerunt iugum.

li. 2. de clemẽtia. Illud mecum conſidera, multas voces magnas, ſed deteſtabiles in vitam humanam perueniſſe, celebreſq; vulgo fieri, vt illam oderint, dum metuant. Cui Græcus verſus ſimilis eſt. Qui ſe mortuo terram miſceri ignibus iubet.

Alia ſæpe loquimur verbis quam opere agimus.

libr. de vita beata. Aliter inquis, loqueris, aliter viuis. Hoc per maligniſſima capita & optimo cuique inimiciſſima, Platoni obiectum eſt: obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes iſti dicebant, non quemadmodum ipſi vixerunt: ſed quemadmodum ipſis viuendum eſſet.

De

De virtute, non de me loquor. Cum vitijs conuitium facio.

Non præſtant philoſophi quæ loquuntur, multũ tamen præſtant quod loquuntur, quod honeſta mente concipiunt. Nam ſi & paria dictis agerent, quid eſſet illis beatius? Interim non eſt quod contemnas bona verba, & bonis cogitationibus plena præcordia Studiorum ſalutarium etiam affectuum laudanda tractatio eſt. Ibid.

Turpè eſt aliud loqui, aliud ſentire: quantò turpius, aliud ſcribere, aliud ſentire? Epi. 5. lib. 3. Epi. 4.

Multum viua vox facit. lib. 4.

Fabij exemplo docet nos eſſe tardiloquos.

Fabius vir egregius & vita & ſcientia, eloquentia diſputabat expeditè magis quàm concitatè: vt poſſes dicere facillitatem eſſe illam, non celeritatem. Hanc ego in viro ſapiente recipio, non exigo: vt oratio eius ſine impedimento exeat, proferatur tamen malo, quam profluat. Nam quemadmodum ſapienti viro inceſſus modeſtior conuenit: ita oratio preſſa, non audax. Summa ergo ſummarum hæc erit tibi, tardiloquium te eſſe iubeo. Epi. 5. lib. 5.

Eſt oratio timidiſsimus audax. Epi. 7.

Tecum habita ſub ſilentio. lib. 3.

Nihil æquè tibi proderit, quam quieſcere, & minimum cum alijs loqui Epi. 8. lib. 18.

qui, plurimum tecum. Eſt quædam dulcedo ſermonis, qui irrepit & blanditur: non aliter quam ebrietas, aut amor, ſecreta producit.

Ibid. Qui rem non tacuerit, non tacebit autorem.

li. de re med. fortuit. Non poteſt vllam auctoritatem habere ſententia, vbi qui damnãdus eſt, malè de te loquitur.

Ibid. Bene neſciunt loqui, qui faciunt, non quod mereor, ſed quod ſolent. Quibuſdam enim canibus ſic innatũ eſt, vt nõ pro feritate, ſed pro conſuetudine latrent.

Obſcœna non proferenda.

li. 1. de clama. Longè recedendum eſt ab omni obſcœnitate verborum & ſenſuum. Quędam ſatius eſt cauſæ detrimento tacere, quam inuerecundè dicere.

lib. de morib. Verba rebus, non perſonis ęſtimanda ſunt.

Ibid. Auribus frequentius, quam lingua vtere.

Ibid. Quicquid dicturus es, antequã alijs dixeris, dicito tibi.

Ibid. Qui neſcit tacere, neſcit & loqui.

Ibid. Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor per verba diſcutitur.

In Medea. Suſpecta ne ſint longa colloquia; amputa.

DE LVXVRIA.
CAP. CXXVI.

Luxu-

Luxuria exhaurit omnia.

VNdique conuehunt omnia vota faſtidienti gulæ: à Parthis aues petũtur. Quod diſſolutus delitijs ſtomachus vix admittat, ab vltimo portatur Oceano. Vomunt vt edant, edũt vt vomant: epulas quas toto orbe conquirunt, nec coquere dignantur. O miſerabiles, quorum palatum niſi ad precioſos cibos non excitatur. Precioſos autem, non eximius ſapor, aut aliqua faucium dulcedo: ſed raritas & difficultas parandi facit. Alioquin ſi ad ſanam illi mentem placeat reuerti, quid opus eſt tot artibus ventri ſeruientibus? Quid mereatur his? quid vaſtatione ſyluarũ? quid profundi perſcrutatione? paſſim iacent alimenta, quæ rerum natura omnibus locis diſpoſuit: ſed hic velut cæci tranſeunt, & omnes regiones peruagantur: maria traijciunt, & cùm famem exiguo cibo poſſint ſedare, magno irritant. lib. de conſo. ad Albinam.

Auguſtus centies ſeſtertio cœnauit vno die.

Cæſar Auguſtus, quem mihi videtur rerum natura edidiſſe, vt oſtenderet quid ſumma vitia, in ſumma fortuna poſſent, centies ſeſtertio cœnauit vno die: & in hoc omnium adiutus ingenio, vix tamen inuenit quomodo trium prouinciarũ tributum vna cœna fieret. Ibid.

Apicij luxuria & prodigalitas quanta.

Ibid. Apicius noſtra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando philoſophi velut corruptores iuuentutis abire iuſſi ſunt, ſcientiam popinæ profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit, cuius exitum noſſe operæpretium eſt: cũ ſeſtertium millies in culinam congeſſiſſet, cùm tot congiaria principum, & in ingens capitolij vectigal ſingulis comeſſationibus hauſiſſet, ære alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primum coactus inſpexit, ſuperfuturum ſibi ſeſtertium centies computauit: & velut in vltima fame victurus, ſi ſeſtertio centies vixiſſet, veneno vitam finiuit. Quanta luxuria fuit, cui ſeſtertium centies egeſtas fuit: imò puta pecuniȩ modum ad rem pertinere.

Frugalitas quibus pœna.

Epiſt. 2 lib. 10. Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſupplicij loco, labor eſt. Delicatis miſeria eſt, continentia: deſidioſo ſtudere, torqueri eſt.

Luxuria ſuperuacua deſiderat.

Epi. 2. lib. 14. Simplici cura conſtant neceſſaria, in delitijs laboratur. Ad parata nati ſumus, nos omnia nobis difficilia ſtudio fecimus. Tecta regumentaque & fomenta corporum & cibi, & quȩ nũc ingens negotium facta ſunt, obuia erant, & gratuita, & opera leui parabilia

lia. Modus enim omnium prout poſtulabat neceſſitas erat: nos iſta pernicioſa, nos miſera, nos magnis, multiſque conquirenda artibus fecimus. A natura luxuria deſciuit, quæ quotidie ſeipſam incitat, & tot ſeculis creſcit, & ingenio adiuuat vitia. Primò ſuperuacua cœpit concupiſcere, deinde cõtraria, nouiſſimè corpori animum addixit, & illius deſeruire libidini iuſſit. Receſſit enim ille naturalis modus, deſideria ope neceſſaria finiens. Iam ruſticitatis eſt & miſeriæ, velle quantum ſat eſt.

Luxuriæ ſtudia.

Vbi luxuriam latè fœlicitas fudit, luxus primum corporum eſſe diligentior incœpit. Deinde ſuppellectili laboratur, deinde in ipſas domos impẽditur cura, vt in laxitatem ruris excurrant: vt parietes aduectis trans maria marmoribus fulgeant, vt tecta varientur auro, vt lacunaribus pauimentorum reſpondeat nitor. Deinde ad cœnas lautitia transfertur, & illic commendatio ex nouitate, & ſoliti ordinis commutatione captatur. Vt ea quæ cludere cœnam ſolent, cœna prima ponantur: vt quæ aduenientibus dabantur, exeuntibus dẽtur, &c. Epiſt. 2 lib. 20.

Nec illi tam gratum eſt abundare Ibid.

iucundis, quam acerbum, quod non omnem illum apparatum per gulam, ventremq́ue tranſmittit. Non cũ omni exoletorum, fœminarumq́ue turba conuolutatur. Mœretq́ue quod magna pars ſuæ fœlicitatis excluſa, corporis anguſtijs ceſſat, &c. Aſpice culinas noſtras, & conuerſantes inter tot ignes coquos noſtros. Vnũ videri putas ventrem, cui tanto tumultu comparatur cibus? Aſpice vinaria noſtra, & plena multorum ſeculorum vindemiis horrea noſtra. Vnum putas videri ventrem, cui tot regionum vina cludantur. Aſpice quot locis vertatur terra, quot milia colonorum arent, fodiant. Vnum putas videri ventrem, cui & in Sicilia, & in Africa ſeritur. Sani erimus, & modico concupiſcemus, ſi vnuſquiſq; ſe numeret, metiatur ſimul corpus: ſciatq́ue nec multum capere, nec diu poſſe.

Tormenta infœlicis luxuria quanta.

Epi. 5. li. 22. Miſcere vitia deſiderijs noli. Quæris quali menſa quali argento, quam paribus miniſterijs & leuibus afferatur cibus? Nihil præter cibum natura deſiderat. Num tibi cũ fauces vrit ſitis, aurea quæris pocula? Nũ eſuriens faſtidis omnia, præter Pauonem Rhombumq́; ? Ambitioſa non eſt fames, cõtenta deſinere eſt. Quo deſinat nõ nimis

mis curat. Infœlicis luxuriæ iſta tormenta ſunt. Quærit quemadmodum poſt ſaturitatem quoq; eſuriat: quemadmodum non impleat ventrem, ſed faciat: quemamodum ſitim in prima potionē ſedatam reuocet. Egregiè itaq; Horatius negat ad ſitim pertinere, quo poculo aqua, aut quam eleganti manu miniſtretur. Nā ſi pertinere ad te iudicas, quā trinitus puer, & quam perlucidum tibi poculum porrigat, nō ſitis. Inter reliqua hoc nobis natura præſtitit præcipuū, quod neceſſitas faſtidium excuſſit. Recipiūt ſuperuacua delectum, Hoc parū decens, illud laudatum oculos meos lædit. Id actū eſt ab illo mundi creatore, qui nobis viuendi iura deſcripſit, ſalui eſſemus, nō delicati. Ad ſalutē omnia parata ſunt, & in promptu: delitijs omnia miserè, ac ſollicitè comparātur. Vtamur ergo in hoc naturæ beneficio inter magna numerando, & cogitemus nullo nomine melius illam meruiſſe de nobis, quā quia quicquid ex neceſſitate deſideretur, ſine faſtidio ſumitur.

Luxurioſorum faſtus quantus.

Ad hunc faſtum peruenere ventres delicatorum, vt guſtare non poſſint piſcem, niſi quem in ipſo conuiuio natantem palpitantemq; viderint. Quāti ad ſolertiam luxuriæ pereunt? His acce- libr. 1. natur. quæſt..

accedit, tantoque ſubtilius quotidie & elegantius aliquid excogitat furor, vſitata contemnens. Illa audiebamus: Nihil eſt melius ſalatili Mullo. At nũc audimus: Nihil eſt moriente formoſius. Non ſunt ad popinam, dentibus & ventre, & ore contenti, oculis quoque guloſi ſunt.

lib. 4. natur. quæſt. Illi, cui diuitiæ moleſtæ ſunt, excogitatum eſt, quemadmodũ etiam caperet aqua luxuriã. Vnde ad hoc peruentum eſt, vt nulla nobis aquæ ſatis frigida videretur quæ flueret, dicam. Quamdiu ſanus & ſalubris cibi capax ſtomachus eſt, impleturque, non premitur, naturalibus fomentis conteutus eſt. Vbi quotidianis crudiatibus non temporis æſtus, ſed ſuos ſentit, vbi ebrietas continua viſceribus incedit & prçcordiale in quod vertitur torret, aliquid neceſſario quæritur, quo æſtus ille frangatur, qui ipſis aquis incaleſcit, remedijs incitat vitium. Itaque nõ æſtate tantum, ſed media hyeme niuem hac cauſa bibunt. Quæ huius rei cauſa eſt? niſi inteſtinum malũ, & luxu corrupta præcordia, quibus nullum interuallũ vnquam quo interquieſcerent datũ eſt: ſed prandia cœnisvſq; in lucẽ perductis, ingeſta ſunt: & diſtẽtos copia ferculorum ac varietate, comeſſatio altius merſit? Deinde nun-

nunquã intermiſſa temperantia, quicquid ante decoxerat, efferauit, & in deſiderium ſemper noui rigoris accẽdit. Itaque quamuis cœnationem velis ac ſpecularibus muniant, & igne multo doment hyemem: nihilominus ſtomachus ille ſolutus, & æſtu ſuo languidus, quærit aliquid quo erigatur. Nam ſicut animo relictos, ſtupenteſque aqua frigida ſpargimus, vt ad ſenſum ſui redeant: ita viſcera iſtorum intus torpentia nihil ſentiunt, niſi frigore illa vehementiore percuſſeris. Inde eſt, inquam, quòd nec niue contenti ſunt, ſed glaciem, velut certior illi ex ſolido rigor ſit; exquirunt, ac ſæpe repetitis aquis diluunt. Nõ quæ è ſummo tollitur, ſed vt vim maiorem habeat, & pertinatius frigus ex abdito effoditur. Itaque ne vnum quidem eius eſt pretium: ſed habet inſtitores aqua, & annonam proch pudor, variã. Vnguentarios Lacedæmonij vrbe expulere, & properè cedere finibus ſuis iuſſerunt, quia oleum diſperderent. Quid illi feciſſent, ſi vidiſſent reponẽdæ niuis officinas: & tot iumenta deportandæ aquæ deſeruientia: cuius forrè colorem, calorem, ſaporemque paleis, quibus cuſtodiunt, inquinant? At Dij boni quam facilè eſt extinguere ſitim ſanam. Sed quid ſentire

 [poſſunt

ticulo gemma diſponitur. Quotidie comminiſcimur, per quæ virilitati fiat iniuria: aut traducatur, quia don poteſt exui.

Nihil eſt tam mortiferum ingenijs quam luxuria. li. 1. declam.

Adoleſcens luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus inſanit. li. 2. declam.

Quicquid auium volitat, quicquid piſcium natat, quicquid ferarum diſcurrit, noſtris ſepelitur ventribus. lib. 10. declamat.

Blanditia non imperio, fit dulcis Venus. In prouerb.

Libido eſt indicium, quo leuitas ſapit. Ibid.

Libido etiam cunctos ſub vultu domat. Ibid.

Regios luxus procul
Eſt impetus fugiſſe, ſollicito bibunt In Hippolyto.
Auro ſuperbi, quam iuuat nuda manu.
Captaſſe fontẽ: celerius ſomnus premit.
Securo dura membra verſantur thoro.

Luxuria victrix orbis.
Cupido belli creuit, atque auri fames, In Octauia.
Totum per orbem maximum exortum eſt malum
Luxuria, peſtis blanda: cui dedit vires,
Roburq́ longũ tẽpus, atque error grauis.
Collecta vitia per tot ætates diu.
In nos redundant, ſeculo premimur graui.

Quo ſcelera regnant, ſæuit impietas furens,
Turpis libido dominatur potens Venere.
Luxuria victrix orbis immenſas opes.
Iam pridem auaris manibus, vt perdat, rapit.

In hippolyt. *Vincit ſanctos dira libido.*

DE MAGNANIMITATE. CAP. CXXVII.

Hominis magnanimi proprietas.

Lib. de quatu. virtut. MAgni animi hominis bonum eſt non vacillare, conſtare ſibi, & finem vitæ intrepidus expectare.

Ibid. Nihil aliud æquè magnum in rebus humanis eſt, ac animus magna deſpiciens. Si magnanimus fueris, nunquã iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices: Non nocuit mihi, ſed animum nocendi habuit: & cum illũ in poteſtate tua videris, vindictam putabis, vindicare potuiſſe.

Ibid. Eris magnanimus, ſi pericula nec appetas vt temerarius, nec formides, vt timidus: nam nihil timidum facit, niſi reprehenſibis vitæ conſcientia. Mẽſura ergo magnanimitatis eſt, nec timidum eſſe hominem, nec audacẽ.

DE MALO. CAP. CXXVIII.

lib. 1. de de trãquil. vitæ. *Alienis malis non delectandum.*

ALienis malis torqueri, æterna miſeria eſt: alienis delectari malis, voluptas inhumana. Sicut illa in-

utilis

utilis, humanitas flere, quia aliquis filium ſuum efferat, & frontem ſuam finge. In tuis quoque malit id agere te oportet, vt dolori tantum des, quantũ poſcit, non quantum conſuetudo.

Iacula præuiſa minus lædunt.

Aufert vim præſentibus malis, qui futura proſpexit. libr. de conſolat. ad Mart.

Malitiæ periculum.

Nemo eſt extra periculum malitiç, niſi qui totam eam excuſſit. Nemo autem illam excuſſit, niſi qui pro illa ſapientiam aſſumpſit. Epi. 6. li. 10.

Malitia ſibi nociua.

Attalus dicere ſolebat: Malitia ipſa maximam partem veneni ſui bibit. Epi. 5. lib. 11.

Malitia miſeros facit virtus beatos. Ibid.

Malum nullum glorioſum.

Nullum malũ glorioſum eſt. Mors autem glorioſa eſt; mors ergo non eſt malum. Epi. 6 li. 11.

Malus quis.

Cuicunque deeſt aliquid ad bonũ, malus eſt. Epiſt. 4 lib. 14

Multi cum multis fuerint mali, peſtiferam illam vim, qua pleriſque nocuerunt, ipſi quoque ſentiunt. Epiſt. lib. 14

Non eſt quod credas quenquã fieri aliena infœlicitate fœlicem. Ibid.

Melius in malis ſapimus. Ibidẽ.

Secunda recta auferunt.

Malus omnia ſiniſtrè interpretatur.

Epiſt. 3.li. 16 Malus animus omnia in malum vertit, etiam quæ cum ſpecie optimi venerant. Rectus atque integer, corrigit praua fortunæ: & dura atque aſpera feriendi ſcientia mollit.

Vitia virtutibus ſunt confinia.

Epi. 1. lib. 22. Mala interdum ſpeciem honeſti obtulerunt, & optimum ex contrario nituit.

libr. de remedijs fortui. Malis deſplicere, laudari eſt.

lib. 1. natur. quæſt. Non per ſe beatum eſt malo caruiſſe: ſed quia animũ laxat, ac præparat ad cognitionem cœleſtium dignumque efficit, qui in conſortium Dei veniat. Tunc conſummatum habet, plenumque bonum ſortis humanæ, cum calcato omni malo petit altum, & in interiorem naturæ ſinum venit. Et hoc habet argumentum diuinitatis ſuæ, quod illum diuina delectant: nec vt alienis, ſed intereſt vt ſuis.

In die bonorum, ſis memor malorum.

lib. de quatu. virtut. Proponas in animo tuo futura mala & bona: vt illa ſuſtinere poſſis, & iſta moderari.

In prouer. Bonum eſt fugienda aſpicere in alieno malo.

Ibid. Bona nemini hora eſt, vt non alicui ſit mala.

Ibid. Bonis nocet, quiſquis pepercerit malis.

Ibid. Graue eſt malum omne, quod ſub

aſpectu

aſpectu latet.

Malus eſt vocandus, qui ſua eſt cauſa bonus. Ibid.

Malis diſplicere, laudari eſt. Ibid.

Malus vbi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus. Ibid.

Malè facere qui vult, nuſquam non cauſam inuenit. Ibid.

Maleuolus ſemper ſua natura veſcitur. Ibid.

Malæ naturæ, nunquam doctrina indigent. Ibid.

Qui æquo animo malis miſcetur, malus eſt. Ibid.

Mala incerta, dubiaq́ magis angunt hominem.

Exprome, clades ſcire qui refugit ſuas In Agamemn.
Grauat timorem: dubia plus torquent mala.

Quiſquam ne ſegnis tanta tolerauit mala, In Hercule furente.
Maiora quiſquis timuit?
Magna non latitant mala.

DE MENTE. CAP. CXXIX. In Medea.

Mens humana agilis & inquieta.

MObilis & inquieta mens homini data eſt. Nunquam ſe tenet, ſpargitur, & cogitationes ſuas in omnia nota atque ignota dimittit: vaga, & quietis impatiens, & nouitate rerum lætiſſima. Quod non miraberis, ſi propriam eius originem aſpexeris: libr. de cõſol. ad Albinam.

non ex terreno & graui concreta corpore, ex illo cœleſti ſpiritu deſcendit. Cœleſtium autem natura ſemper in motu eſt. Fugit, & velociſſimo curſu agitur. Aſpice ſydera mundi illuſtria. Nullum eorum perſtat, labitur aſſiduè, & locum ex loco mutat: quamuis cum vniuerſo verſatur in contrarium, nihilominus ipſi mundo refertur: per omnes ſignorum partes diſcurrit perpetua eius agitatio, & aliunde alio comigratio eſt. Cum per certa annorum ſpatia orbes ſuos explicuerint, iterum ibunt, per quæ venerunt.

Argumentum benè compoſitæ mentis quod.

Epiſt. 2. lib. 1. Primum argumentum benè compoſitæ mentis, exiſtimo poſſe conſiſtere, & ſecum morari.

Mens bona non proſtituitur venalis.

Epiſt. 6. lib. 3. Bona mens nec commodatur, nec emitur: & puto ſi venalis eſſet, non haberet emptorem. At mala quotidie emitur.

Epi. 9. lib. 5. Bona mens omnibus patet, omnes ad hoc ſumus nobiles.

Argumentum malæ mentis, fluctuatio.

Epi. 1. lib. 22. Maximum indicium eſt malæ mentis fluctuatio: & inter ſimilitudinem virtutis, morumque vtilium aſſidua iactatio.

In prouer. Vt aliquid auri extrahamus, terram per-

peruertimus: vt ſummum bonum occupemus, ſcrutati pectus piget.

DE MEDICINA.

CAP. CXXX.

Varia remedia nocent.

NIhil æque ſanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio: non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tentãtur. Epiſt. 2. lib. I.

Aijcit remedijs medicina cõſilium. Epi. 6. lib. 14.

Medicina quondam inuſitata.

Medicina quondam paucarum fuit ſcientia herbarum, quibus ſiſteretur fluens ſanguis, vulnera coirent paulatim. Deinde in hãc peruenit tam multiplicem varietatem. Nec eſt mirum, tunc illam minus negotij habuiſſe, firmis adhuc, ſolidiſque corporibus, & facili cibo, nec per artẽ voluptatemque corrupto. Qui poſtquam cœpit non ad tollendam, ſed ad irritandam famem quæri, & inuentæ ſunt mille condituræ, quibus auiditas excitaretur: quæ deſiderantibus alimenta erant, onera ſunt plenis. Inde pallor, & neruorum vino madentium tremor: & miſerabilior ex cruditatibus, quàm ex fame macies. Inde incerti labentium pedes, & ſemper qualis in ipſa ebrietate titubatio. Inde in totam cutem humor admiſſus, diſtentuſque vẽter, dum malè aſſueſcit plus capere, Epiſt. 1. li. 15.

quam

quam poterat. Inde ſuffuſio luridæ bilis, & decolor vultus, tabeſque in ſe putreſcentium, & retorti digiti articulis obrigeſcentibus neruorum ſine ſenſu iacentium torpor, aut palpitatio corporum ſine intermiſſione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? Quid oculorum, auriumq; tormenta, & cerebri æſtuantis verminationes, & omnia per quę exoneramur, internis hulceribus affecta? Innumerabilia præterea febrium genera, aliarum impetu ſubeuntium, aliarum tenui peſte repentiū aliarum cum horrore, & multa membrorum quaſſatione venientium. Quid alios referam innumerabiles morbos, ſupplicia luxuriæ? Immunes erant ab iſtis malis, qui nondum ſe delitijs ſoluerant, qui ſibi imperabant, ſibi miniſtrabant. Corpora opere ac vero labore durabant: aut curſu defatigati, aut venatu, aut tellure verſata. Excipiebat illos cibus, qui niſi eſurientibus placere non poterat. Itaque nil opus erat tam magna medicorum ſuppellectile, nec tot ferramentis atque pixidibus. Simplex erat ex ſimplici cauſa valetudo: multos morbos, multa fercula fecerunt.

Epi. 1. lib. 18. Peregrinatio non facit medicum, nō oratorē: nec ylla ars loco diſcitur.

Mala

Mala eſt medicina, vbi aliquid naturæ perit. In prouer.

Malè ſecum agit æger, medicum qui hæredem facit. Ibid.

DE MENDACIO.

CAP. CXXXI.

NEmo non ſuperioris dignitatem quærendo, etiamſi non inquinauit, aſperſit. Nec quiſquam fingere contentus eſt leuia, cum magnitudine mendacij fidem quærat. lib. 7. benef.

Quæ decipiunt, nil habent ſolidi. Tenue enim eſt omne mendacium: perlucet, ſi diligenter inſpexeris. Epiſt. 3. li. 15.

Inexpertum nil affirmes.

De dubijs non definias, ſed ſuſpenſam tene ſententiam. Nihilque inexpertum affirmes, quia non omne veriſimile ſtatim verum eſt: ſicut & ſæpius quod primum incredibile videtur, non continuo falſum eſt. Crebrò ſiquidem faciem mendacij veritas retinet. Crebrò mendacium ſpecie veritatis obcluditur. Nam ſicut aliquando triſtem frontem amicus, & blandum adulator oſtendit: ſic veriſimilitudine coloratur veritas, & vt fallat vel ſurripiat, coloratur. lib. de quatu. virtut.

Mendacio an vti aliquando liceat.

Quod ſi aliquando coerceris vti mendacio, vtere non ad falſi, ſed ad veri cuſtodiam: & ſi contigerit fidelitatem

tatem mendacio redimi, non mentieris, ſed potius excuſaberis: quia vbi honeſta cauſa eſt, iuſtus ſecreta non prodit: tacenda enim tacet, loquenda loquitur, atque illi aperta & ſecura tranquillitas, vt dum alij vincantur à malis, vincantur ab illo mala.

DE MEMORIA.

CAP. CXXXII.

Memoria quam ſit fragilis.

li. 1. declam. MEmoria ex omnibus animi partibus maximè eſt delicata & fragilis, in quam primum ſenectus incurrit.

Memoria tardior quibus.

Ibid. Quorumcunque ſtilus eſt velox, tardior memoria eſt.

DE MISERIA.

CAP. CXXXIII.

Solatium eſt miſeris ſocium habere in pœnis.

lib. de cõſol. NVllam miſeram nominabis domum, quæ non inueniat in miſeriore ſolatium.

Ibid. Maleuoli genus ſolatij eſt, turba miſerorum.

li. 3. de ira. Æquiore animo filium in angulo fleuit, qui vidit acerba funera, etiam ex regia duci.

Ante miſerias miſer quis.

Epi. 3. lib. 16. Calamitoſus eſt animus futuri anxius, & ante miſerias miſer: qui ſollicitus

citus eſt, vt ea quibus delectatur, ad extremum vſque permaneant.

Satius eſt perpetuam miſeriam, quæ aduocat ad virtutem, ſuſtinere, quam infinitis atque immodicis bonis rumpi, libr. de diuina proui. cap. 4.

Ipſe ignis aurum probat, miſeria fortes viros. Ibid. cap. 5.

Ea miſeria quiſque patet, quam patitur: fortaſſe enim idem, qui patet patitur. lib. natur. quæſt.

Nihil eſt miſerius, quam incertum inter vitam mortemque deſtitui. li. 3. de clam.

Sua cuique calamitas tanquam ars aſſignatur. lib. 10. declamat.

Miſerum eſt tacere cogi, quod cupias loqui. In prouer.

Miſeriam neſcire, ſine periculo eſt viuere. Ibid.

Miſerrima eſt fortuna, quæ inimico caret. Ibid.

Miſera eſt ægritudo animi, ob alienarum ſpeciem miſeriarum. Ibid.

Quam miſerum eſt ab illo lædi, de quo non poſſis queri. Ibid.

Miſerias perferre graue eſt.

Erras, malorum ſenſus accreſcit die. In Thyeſte.

Leue eſt miſerias ferre. Perferre eſt graue.

Nunquam eſt ille miſer, cui facilè eſt mori. In hercule œteo.

Miſeria mens incredula eſt.

O *quam*

In Agamemn. *O quam miſerum eſt, neſcire mori.*
Miſeris colendos maximè ſuperos reor.
In Hercule furẽte. *Quemcunque miſerum videris, hominem ſcias.*
Quod nimis miſeri credunt,
Ibid. *Hoc facilè credunt.*
In Oedipo. *Nullus eſt miſeris pudor.*
Solent extrema ſecuros facere mala.
Ibid.

DE MISERICORDIA.

Cap. CXXXIV.

Miſericordiæ diffinitio.

Miſericordia eſt ęgritudo animi ob alienorum malorũ ſpeciem: aut triſtitia ex alienis malis.

lib. 4. declamat. Nihil eſt venali miſericordia turpius.

Libr. 2. cõtrouerſ. Iniquum eſt collapſis manum non porrigere, commune hoc ius eſt generis humani, nemo inuidioſum ius poſtulat, quod alteri profuturum eſt.

Libr. 4. cõtrouerſ. Non eſt turpè miſereri.

Mala cauſa eſt, quę requirit miſericordiam.

In prouer. Miſericordia eſt vicina miſeriæ, habet enim aliquid, trahitque ex ea.

Ibid. Miſericordia non cauſam, ſed fortunam ſpectat.

DE MORIBVS.

Cap. CXXXV.

Mores mali ſuccreuere.

lib. 1. benefi. Maiores noſtri queſti ſunt, hoc quod nos querimur & poſteri noſtri

noſtri querentur, euerſos eſſe mores, ragnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne nefas labi.

Mos ingenij regalis

Regalis ingenij mos eſt, in præſentium contumeliam amiſſa laudare: & his virtutem dare: vera dicendi, à quibus iam audiendi periculum non eſt. lib. 6. beneſi.

Sumũtur à conuerſantibus mores. Et vt quædam in contactos corpore vitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit. lib. 3. de ira.

Plato & Ariſtoteles, & omnis indiuerſum itura ſapientium turba, plus ex moribus, quam ex verbis Socratis traxit. Epiſt. 6. lib. 1.

Boni mores quid boni pariant.

Hoc habent inter cætera boni mores, placent ſibi & permanẽt: Leuis eſt malitia, ſæpe mutatur non in melius, ſed in aliud. Epi. 5. lib. 6.

Vtilis educatio & diſciplina, mores facit. In prouer.

Nam fera nunquam eſt ad bonos mores via. InAgamemn.

Quem pœnitet peccaſſe penè eſt innocẽs.

DE MORBIS. CAP. CXXXVI.

IN morbis nihil eſt magis periculoſum, nec pernicioſum, quam immatura medicina. lib. de cõſola. ad Alb.

Valetudo quæ ſolidior.

Fœlicior eſt inconcuſſa valetudo, quam

Epi. 1. lib. 9. quam ex grauibus morbis & extrema minantibus in tutum vi quadam & patientia educta. Eodem modo non erit dubium, quin maius bonũ ſit gaudiũ, quã obnoxius animus ad percipiendos cruciatus vulnerũ aut ignium.

Ibid. Quemadmodum ſerenitas cœli non recipit maiorem adhuc claritatem, in ſynceriſſimum nitorem repurgata: ſic hominis corpus, animumque curantis, & bonum ſuum ex vtroq; nectentis, perfectus eſt ſtatus, & ſummam voti ſui inuenit, ſi nec ęſtus animo eſt, nec dolor corpori.

Epiſt. 5. li. 10. Quemadmodum in corporibus futuri languoris ſigna pręcurrunt, quædam enim ſegnitia neruis ineſt, & ſine labore vllo laſſitudo & oſcitatio, & horror membra percurrens. Sic infirmus animus multo antequam opprimatur malis, quibus quatitur, præſumit illa, & ante tempus cadit.

De Tullij Marcellini infirmitate notabile documentum.

Epiſt. 1. li. 11. Tullius Marcellinus adoleſcens quietus, & citò ſenex, morbo & non inſanabili correptus, ſed longo & moleſto, & multa imperante, cœpit deliberare de morte. Conuocauit cõplures amicos, vnuſquiſque aut quia timidus erat, id illi ſuadebat, quod ſibi ſuaſiſſet; aut quia adulator & blãdus, id

id conſilium dabat, quod deliberanti gratius fore ſuſpicabatur. Amicus noſter Stoicus homo egregius, & vir fortis & ſtrenuus, videtur mihi optimè illũ cohortatus. Sic enim cœpit: Noli mi Marcelline torqueri, tanquam de re magna deliberes. Nõ eſt res magna viuere: omnes ſerui tui viuunt, omnia animalia. Magnum eſt honeſtè mori, &c. Latius in titulo de morte.

Grauia in omni malo tria quæ.

Tria hæc in omni malo grauia ſunt: metus mortis, dolor corporis, intermiſſio voluptatum. Epiſt. 2. li. 11.

Ægris amicorum præſentia prodeſt.

Nihil æquè ægrum reficit atque adiuuat, quam amicorum affectus: nihil æquè expectationem mortis ac metum ſurripit. Ibid.

Morbi ex ſuperfluitatibus deſcendunt.

Multos morbos, multa fercula fecerunt. Inde pallor, & neruorum vino madentium tremor, & miſerabilior ex cruditatibus, quàm ex fame macies. Inde incerti labentium pedes, & ſemperqualis in ipſa ebrietate titubatio. Inde in totam cutem humor admiſſus, diſtentuſque venter, dum malè aſſueſcit plus capere quam poterat. Inde ſuffuſio luridæ bilis, & decolor vultus, tabeſque in ſe putreſcentium, & retorti digiti articulis obrigeſcen- Epiſt. 1. lib. 15.

geſcentibus, neruorum ſine ſenſu iacentium torpor, aut palpitatio corporum ſine intermiſſione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? Quid oculorum auriumq; tormenta: & cerebri æſtuantis verminationes, & omnia per quæ exoneramur, internis hulceribus affecta Innumerabilia præterea febrium genera, aliarum impetu ſubeuntium, aliarum tenui peſte repentium: aliarũ cum horrore, & multa membrorũm quaſſatione venientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, ſupplicia luxuriæ?

Saluti conſulunt vniuerſi.

Epi. 2. libr. 22. Simul conciliatur ſaluti ſuæ quiq;, & quæ iuuant, illa petit, læſura formidat.

Epi. 4. li. 22. Nullam habet ſpem ſalutis æger, quem ad intemperantiã medicus hortatur.

li. 4. declamat. Nihil magis ægris prodeſt, quam ab eo curari à quo volunt.

lib. de morib. Fugienda ſunt omnibus modis, & abſcindenda igni ac ferro, totoque artificio ſeparanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à mente, à ciuitate ſæditio, à domo diſcordia, à cunctis rebus intemperantia.

In prouerb. Morbum eſſe ſcias, non hilaritatẽ, ſemper arridere ridentibus: & ad omnem æſtimationem ipſum quoque os dedu-

deducere.

Malè ſecum agit æger, medicum qui hæredem facit. Ibid.

DE MORA. CAP. CXXXVII.

MOra omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam. Ibid.

Serum eſt cauendi tempus in medijs malis. In Thyeſte.

Quod ratio nequit, ſæpe ſanauit mora.

Omniſq; nimium longa properanti mora eſt. In Agamemn.

Proinde quicquid eſt, da ſpacium & tempus tibi: Ibid.

Quod ratio nequit, ſæpe ſanauit mora.

DE MORTE. CAP. CXXXVIII.

Me mortuo terra miſceatur incendio.

ILlud mecum conſidera, multas voces magnas, ſed deteſtabiles in vitam humanam perueniſſe, celebreſque vulgo fieri, vt illam oderint, dum metuant. Cui Græcus verſus ſimilis eſt: Qui ſe mortuo terram miſceri ignibus iubet. li. 2. de clemētia.

Portus nauigantium mors.

Nauigantibus nullus portus niſi mortis eſt. Omnibus illud nobis commune eſt iter, quid fata deflemus? libr. de breuit. vitæ.

Magna fœlicitas eſt, in fœlicitate mori. Ibid.

Mors æqua eſt omnibus.

Natura nulli ſe neceſſitatis ſuæ gratiam facturam eſſe teſtata eſt. Quoti- Ibid.

die ante oculos noſtros tranſeunt notorum ignotorumque funera. Nos tamen aliud agimus, & ſubitum id putamus eſſe, quod nobis tota vita denunciatur futurum. Quantò ille iuſtior, qui nunciata filij morte, dignam magno viro vocem emiſit: Ego cum eum genui, tum moriturum ſciui. Prorſus non mireris ex hoc natũ eſſe, qui fortiter mori poſſet ;. non accepit quaſi nouum nuncium filij mortem. Quid eſt enim noui, hominem mori: cuius tota vita nihil aliud quam ad mortem iter eſt. Quiſquis enim ad vitam editur, ad mortem deſtinatur. Alium alio tempore fata comprehendent, neminem prǽteribunt. In procinctu ſtet animus, & id quod neceſſe eſt nunquã timeat: quod incertum eſt, ſemper expectet. Omnes enim, imò omnia in vltimum diem ſpectant, quamuis non idem vniuerſis finis ſit. Alium in medio curſu vita deſerit: alium in ipſo aditu relinquit: alium in extrema ſenectute fatigatum iam & exire cupientem, vix emittit: alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundem locum tendimus.

Mors finis dolorum.

libr. de cõſola. ad Mar ciam.

Mors omnium dolorum ſolutio eſt & finis: vltra quam mala noſtra non exeunt, quæ nos in illam tranquillitatem,

tatem, in qua antequam naſceremur iacuimus, reponit.

Sapientis animus in morte ſemper prominet.

Nunquam magnis ingenijs chara, in corpore mora eſt. Exire atque erumpere geſtiunt: ægrè has anguſtias ferunt vagi, per omne ſublimes, & ex alto aſſueti humana deſpicere. Inde eſt quod Plato clamat: Sapientis animum totum in mortem prominere, hoc velle, hoc meditari, hac ſemper cupidine ferri in exteriora tendētem. lib. de conſolat. ad Mart.

Quicquid ad ſummum venit, ad exitum prope eſt. Ibid.

Longa vita interdum hominibus nociua.

Cogita quantum boni opportuna mors habeat: quam multum diutius vixiſſe nocuerit. Ibid.

Nihil ad rem pertinent anni, quoniam nullum non acerbum funus eſt, quod parens ſequitur. Ibid.

Non eſt dignus ſolatio, qui filium ſibi deceſſiſſe ſicut mancipium moleſtè fert: cui quicquam in filio reſpicere præter ipſum vacat. Ibid.

Minutatim tendimus ad mortem.

Quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ: & tunc quoq; cum creſcimus, vita decreſcit. Infantiā amiſimus, deinde pueritiam, deinde adoleſcētiam: vſque ad heſternum Epi. 51 lib 3.

quicquid tranſijt temporis perit: hũc ipſum quem agimus diem, cum morte diuidimus. Quẽdmodum clepſydra, non extremum ſtillicidium exhaurit, ſed quicquid ante defluxit: ſic vltima hora qua eſſe deſinimus: nõ ſola mortem facit, ſed ſola conſumat. Tunc ad illam peruenimus, ſed diu venimus.

Ibid. Mors non vltima venit, ſed quæ rapit vltima mors eſt.

Mors non eſt optanda, neque anxiè timenda.

Ibid. Obiurgat Epicurus non minus eos qui mortem concupiſcunt, quam eos qui timent, & ait: Ridiculum eſt valde currere ad mortem tędio vitę: cum generæ vitæ, vt currendum eſſet ad mortem effeceris. Item alio loco dicit: Quid tam ridiculum, quam appetere mortem, cum vitam tibi inquietam feceris metu mortis? Hic adijcias & illud eiuſdem notæ: Liquet tantam hominum imprudentiam eſſe, imo dementiam, vt quidam timore mortis, cogantur ad mortem.

Epi. 7. lib. 3. Incertum eſt quo te loco mors occupet: itaq; tu illã omni loco expecta.

Ibid. Epicurus ait: Meditare vtrum commodius ſit, vel mortem tranſire ad nos, vel nos ad eam.

Senectus nil habet de ſpe vitæ.

Epi. 2. Baſſus qui nos decipi nolit, is ait: tam

tam ſtultum eſt qui mortem timeat, quam qui ſenectutem. Nam quemadmodum ſenectus adoleſcẽtiam ſequitur: ita mors ſenectutem. Viuere noluit, qui mori non vult. Vita enim cum expectatione mortis data eſt, ad hanc itur quam ideo timere dementis eſt: quia certa expectãtur, dubia metuuntur: mors neceſſitatem habet æquam & inuictam. lib. 4.

Mors quando hilari animo ſuſcipiatur.

Mortem venientem nemo hilaris excipit, niſi qui ſe ad illam diu compoſuit. Tu autẽ mortem, vt nunquam timeas, ſemper cogita. Ibid.

Hoc tibi de me recipe, non trepidabo ad extrema: iam paratus ſum, nihil cogito de die tuto. Illum lauda & imitare, quem non piget mori, cùm iuuet viuere. Epi. 3. lib. 7.

Mors quid.

Mors quid eſt? aut finis eſt, aut tranſitus. Epi. 8. lib. 8.

Nemo ante diem ſuum moritur.

Nemo niſi ſuo die moritur: Nihil perdis ex tuo tempore. Nam quod relinquis, alienum eſt. Epi. 4. lib. 9.

Bella res eſt, mori ſua morte. Ibid.

Timor mortis.

Stultitia eſt timore mortis mori. Epi. 1. li. 10.

Omnibus eſt eadem lethi via, non tamen vnus vitæ exitus cunctis.

Ibid. Vitam alijs approbare quiſque debet, mortem ſibi. Nihil autem ſtultius quam faſtidioſè mori. Magiſtra vero rerum omnium ratio, docet nos fati varios eſſe acceſſus, finem eundem.

Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Epi 2. lib. 10. Cato cum æuum animo percurreret, dicebat: Omne humanum genus quodque eſt, quodque erit, morte damnatum eſt. Omnes quę vſquam rerum potiuntur vrbes, quæque alienorum imperiorum magna ſunt & decora, vbi fuerint aliquando quęretur, & vario exilij genere tollentur. Alias deſtruet bella, alias deſidia, paxque ad inertiam verſa conſumet, & magnis opibus exitioſa res luxus. Omnes hos fertiles campos, repẽtini maris inundatio abſcōdet, aut in ſubitam cauernam conſidentis ſoli lapſus adducet. Quid eſt ergo quare indigner, aut doleam, ſi exiguo momento publica fata pręcedo? Magnus animus Deo pareat, & quicquid lex vniuerſi iubet, ſine cũctatione patiatur: aut in meliorem emittitur vitam, lucidius tranquilliuſque inter diuina manſurus: aut certè ſine vllo futurus incommodo, ſi naturæ reminiſcetur, & reuertetur in totum. Non eſt ergo M. Catonis maius bonum honeſta vita, quam mors honeſta: quoniam non intenditur virtus.

Mer-

Mortem exemplo & ratione docet non eſſe anxiè timendam.

Tullius Marcellinus adoleſcens quietus, & citò ſenex, morbo & non inſanabili correptus, ſed longo & moleſto, & multa imperante, cœpit deliberare de morte: conuocauit complures amicos, vnuſquiſq; aut quia timidus erat, id illi ſuadebat, quod ſibi ſuaſiſſet: aut quia adulator erat & blandus, id conſilium dabat, quod deliberanti gratius fore ſuſpicabatur. Amicus noſter Stoicus, homo egregius, & (vt verbis illum quibus laudari dignus eſt, laudem) vir fortis ac ſtrenuus, videtur mihi optimè illum cohortatus. Sic enim cœpit: Noli mi Marcelline torqueri, tanquam de re magna deliberes. Non eſt res magna viuere, omnes ſerui tui viuunt, omnia animalia. Magnum eſt honeſtè mori, prudenter, fortiter. Cogita quamdiu iam idem facias: cibus, ſomnus, libido, per hunc circulum curritur. Mori velle non tantum prudens, & fortis aut miſer: ſed etiam faſtidioſus poteſt. Epi. 1. lib. 11.

Mors omnibus communis.

Sæpe debemus mori, nec volumus, morimur, nec volumus. Nemo tã imperitus eſt, vt neſciat ſe quandoq; moriendum. Tamen cũ propè acceſſerit, tergiuerſatur, tremit, plorat. Nonne Ibid.

tibi videbitur ſtultiſſimus omnium, qui fleuerit quod ante annos mille non vixerat? Æquè ſtultus eſt, qui flet, quod poſt annos mille non viuet. Hęc paria ſunt, nōn eris, nec fuiſti, vtrunque tempus alienum eſt. In hunc punctum coniectus es, quem vt extendas, quouſque extendas? quid fles? quid optas? perdis operam. Deſine fata Deum flecti ſperare precando: rata & fixa ſunt, & magna, atque æterna neceſſitate ducuntur: eò ibis, quò omnia eunt. Quid tibi nouum eſt? Ad hāc legem natus es. Hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus poſt te.

Ibid. Nullum ſine exitu iter eſt.

Ibid. Vita ſi moriendi virtus abeſt, ſeruitus eſt.

Contemptus mortis, remedium vitæ.

Epiſt. 2. li. 11. Totius vitæ remedium eſt, cõtemnere mortem. Nihil triſte eſt, cùm huius metum effugimus.

Mors æquat omnes.

Epi. 3. lib. 14. Æquat omnes cinis, pares naſcimur, pares morimur.

Ibid. Non ſumus in vllius poteſtate, cùm mors in noſtra poteſtate ſit.

Mors inuadit & præoccupat omnes.

Epi. 6. lib. 14. Mors per omnes it. Quid autem ad rem pertinet quādiu illā vites, quum plenariè hanc euitare non poſſis?

Reſpice

Reſpice celeritatem temporis rapidiſſimi, cogita breuitatem huius ſpacij, per quod citatiſſimi currimus. Obſerua hũc comitatum generis humani, eodem tendentis minimis interuallis diſtinctum, etiam vbi maxima videntur. Quẽ putas perijſſe, præmiſſus eſt. Quid autem dementius, quam cum idem tibi iter emetiẽdum ſit, flere eum, qui anteceſſit. Flet aliquis fatum, quod non ignorauit futurum: aut ſi mortem in homine nõ cogitauit, ſibi impoſuit. Flet aliquis factum, quod aiebat non poſſe non fieri. Quiſquis quæritur aliquem mortuũ eſſe, quæritur hominẽ non fuiſſe. Omnes eadem conditio deuinxit, cui naſci contigit, mori reſtat Interuallis diſtinguimur, exitu æquamur. Hoc ꝙ inter primũ diem & vltimum iacet, variũ & incertũ eſt. Si moleſtias æſtimas, etiam puero longum: ſi velocitatem, etiam ſeni anguſtum. Nil non lubricum, & fallax, & omni tempeſtate mobilius. Iactantur cuncta, & in contrarium tranſeunt iubente fortuna: & in tãta volutatione rerum humanarum, nil cuiquam niſi mors certum. Propone profundi temporis vaſtitatem, & vniuerſum complectere. Deinde hoc quod ætatem vocamus humanam, compara immenſo, videbis quam exi- Epi. 4. lib. 16.

L 5 guum

guum ſit quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lachrymæ, quantũ ſolicitudines occupãt, quantum mors antequam veniat optata: quantum valetudo, quantum timor, quantum tenent aut rudes aut inutiles anni. Dimidium ex hoc edormitur. Adijce labores, luctus, pericula, & intelliges etiam in longiſſima vita, minimum eſſe quod viuitur.

Ibid. Effugit maximum mortis incommodum non eſſe: quia nulla res eum lædit, qui nullus eſt.

Mors certa eſt, incerta dies.

Epi. 1. li. 17. Omnis dies, omnis hora, quàm nihil ſimus, oſtẽdit: & aliquo argumento recẽti admonet fragilitatis oblitos cùm æterna meditantes, reſpicere cogit ad mortem. Stat quidem terminus nobis, vbi illum inexorabilis fatorum neceſſitas fixit. Sed nemo ſcit noſtrũ, quam prope verſetur terminus.

Præmeditatio mortalitatis, fatum docet æquanimiter ferendum.

Epi. 4. lib. 18. Non eſt delicata res, viuere. Longam viam ingreſſus es, & labaris oportet, & cadas, & laſſeris, & exclames: O mors, idem mentiaris, alio loco comitem relinques? alio efferes, alio timebis. Per eiuſmodi offenſas metiẽdũ eſt confragoſum hoc iter. Mori vult, præparetur animus cõtra omnia. Sciat

ſe ve-

ſe veniſſe, vbi tonat fulmen. Sciat ſe veniſſe, vbi luctus & vltrices poſuere cubilia curæ, Pallenteſque habitant morbi, triſtiſque ſenectus. In hoc contubernio vita degenda eſt. Effugere iſta non potes, potes contẽnere. Contemnes autem, ſi ſæpe cogitaueris, & futura præſumpſeris. Nemo non fortius ad id cui ſe diu compoſuerat, acceſſit: & duris quoque ſi præmeditata erant, obſtitit. At contra, imparatus etiam leuiſſima expauit. Id agendum eſt, ne quid nobis inopinatum ſit: & quia omnia nouitate grauiora ſunt, hæc cogitatio aſſidua præſtabit, vt nulli ſis malus tyro.

Cogitatio mortalitatis parit temperantiam omnium rerum.

Nihil tam æquè tibi profuerit ad temperantiam ómnium rerum, quam frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti. Quicquid facias reſpice ad mortem. Epi. 2. li. 20.

Mortis fructus quis.

Imbecillę mentis iſta ſunt verba, & hac deteſtatione miſeriam deprecantis, Non vult mori, qui optat. Deos vitam roga, & ſalutem, ſi mori placuit. Hic mortis eſt fructus, optare, deſinere. Hæc tractemus, his formemus animum. Hæc eſt ſapientia. Epi. 3. lib. 21.

Ætas quantum poteſt protendi, tantum ſpe occupamus.

Epi. 1. lib. 22. Nulla contenti ſumus pecunia, nulla potentia. Quid hac re fieri impudẽtius, quid ſtultius poteſt? Nihil ſatis eſt morituris, imò morientibus. Quotidie enim propius ab vltimo ſtamus, & illo vnde nobis cadendum, hora nos omnis impellit. Vide in quanta cæcitate mens noſtra ſit. Hoc quod futurum dico, nunc maximè fit, & pars eius magna iam facta eſt. Nam quod viximus, tempus eo loco eſt, quo erat antequam viximus. Erramus autem, qui vltimum timemus diem, cum tãtundem in mortem ſinguli conferant. Non ille gradus laſſitudinem facit, in quo deficimus, ſed ille profitetur. Ad mortem dies heſternus peruenit, accedit omnis: Carpit nos illa, non corripit. Ideo magnus animus conſcius ſibi melioris naturæ, dat quidem operam, vt in hac ſtatione qua poſitus eſt, honeſtè ſe, atque induſtriè gerat. Cæterum nihil horum quæ circa ipſum ſunt, ſuum iudicat, ſed vt commodatis vtitur, peregrinus & peragrans. Scit in hoc tantum hominem natum eſſe, vt vita defungeretur: nec domũ eſſe hoc corpus, ſed hoſpitium, & breue hoſpitium, quod relinquendum eſt, vbi te grauem eſſe hoſpitem videas.

videas. Scit quo exiturus ſit, qui vnde venerit, meminit.

Mortis timor inuadit omnes.

Nullum animal ad vitam prodit, ſine metu mortis. Epi. 2. lib. 22.

Mors illos conſecrat, quorum exitum etiam qui timent, laudant. lib. de diuina proui. cap. 2.

Mors omnia deuorat.

Cæteri timores habent aliquẽ poſt ſe locum, mors omnia abſcidit. Alia nos torquent, mors omnia deuorat. Omnium quæ horremus ad hanc exitus expectat, aliorumq́ue per circuitum: etiam qui ſe alioqui nihil timere iudicant, hoc timent. libr. de remedijs fortui.

Terra matrix omnium.

Nulla terra eſt aliena mortuo. Nõ eſt grauior foris, quam domi ſomnus. Ibid.

Nullus ante diem ſuum moritur.

Optimum eſt mori, cùm iuuat viuere. Quicunque ad extremum fati ſui venit, ſenex moritur. Non enim refert quæ ſit hominis ætas, ſed quæ ſit meta. Ibid.

Vitæ multa debemus, morti nihil. Ibid.

Mortui non ſunt lugendi.

Stultus es, ſi defleas mortem mortalium. Quid iſtud aut nouum, aut mirum eſt, perdidiſſe liberos? Quam rara eſt ſine iſto caſu domus. Ducuntur ex plebea domo funera, ducuntur & ex regia. Ibid.

Mors tributum vitæ.

Ibid. Mors, exilium, luctus, dolor, non ſunt ſupplicia, ſed tributa viuendi.

Mors æquat omnes, ideoq; contemnenda eſt.

lib. 2 natur. quæſt. Contemne mortem, & omnia quæ ad mortem ducunt, contempta ſunt, licet illa bella ſint, ſiue naufragia, ſeu morſus ferarum, ſiue ruinarum ſubito lapſu procedentium pondera. Nunquid aliud facere poſſunt, quã vt corpus ab anima reſoluant? Hęc nulla vigilantia euitar, nulla fœlicitas domat, nulla potentia euincit, talia vera fortitudine diſponuntur. Mors æquè omnes vocat. Iratis Dijs, propicijſq; moriendum eſt Animus ex ipſa deſperatione ſumatur Ignauiſſima animalia, quæ natura ad fugam genuit, vbi exitus non patet, tentant fugam corpore imbecilli. Nullus perniciosior hoſtis eſt, quam quem audacem anguſtię faciunt, longeque violentius ſemper ex neceſſitate, quã ex virtute corrigimur. Maiora, aut certè paria conatur animus magnus ac perditus. Cogitemus nos quantum ad mortem, perditos eſſe, & ſumus Ita eſt Lucili: omnes reſeruamur ad mortem. Totum hunc quẽ videmus populum, quouſque cogitas eſſe? citò natura reuocabit & condet. Nec de re, ſed de die quæritur. Eodem

citius

citius tardiuſue veniendum eſt. Quid ergo? Non tibi timidiſſimus omniũ videtur & inſipientiſſimus, qui magno ambitu rogat moram mortis? Nonne contemneres eum, qui inter perituros cõſtitutus, beneficij loco peteret, vt vltimus ceruicem præberet? Id facimus. Magno æſtimamus mori tardius. In omnes cõſtitutum eſt capitale ſupplicium: & quidem conſtitutione digniſſima. Nam quod maximum ſolet eſſe ſolatium extrema paſſuris? quorum cauſſa eadem ſors eſt: ſequeremur traditi a iudice, aut magiſtratu, & carnifici noſtro præſtaremus obſequium. Quid intereſt, ad mortem iuſſi eamus, an vltronei? O te dementem oblitum fragilitatis tuæ ſi tunc mortem times, cum tonat. Itane ſalus tua in hoc vertitur? Viues ſi fulmen effugis? petet te gladius, petet te lapis, petet te febris, &c.

Mortis ſolatium maximum quod.

Nullum eſt maius ſolatium mortis, quam ipſa mortalitas. Nullum autem omnium iſtorum quæ extrinſecus terrent, quam quod innumerabilia pericula in ipſo ſinu ſint. Quid enim dementius, quam ad tonitrua ſuccidere, & ſub terram ſe corripere fulminũ metu? Quid ſtultius, quã timere muta-

lib. de natur. quæſt.

mutationem: aut ſubitos montium lapſ⁹, & irruptiones maris extra littus eiecti, cum mors vbique præſto ſit, & vndique occurrat? Nihilque ſit tam exiguum, quod non in perniciem generis humani ſatis valeat? Adeò non debent nos iſta confundere, tanquam plus in ſe mali habeant, quam vulgaris mors: vt contra cum ſit neceſſarium è vita exire, & aliquando emittere animam, maiore perire ratione iuuet. Neceſſe eſt mori vbicunque, quandoque. Stet licet iſta humus, & ſe teneat ſuis finibus, nec vlla iactetur iniuria, ſupra me quandoque erit. Intereſt ergo illam ego mihi, an ipſa ſe mihi imponat? Egregiè Vagellius meus in illo inclyto carmine: Si cadendum eſt, inquit mihi, cœlo cecidiſſe velim. Idē licet dicere. Si cadendum eſt, cadam orbe concuſſo. Non quia fas eſt optare publicam cladem: ſed quia ingens mortis ſolatium eſt, terram quandoq; videre mortalem.

Mors contemnenda viro forti.

lib. 6. natur. quæſt. Ingenti animo mors prouocanda eſt, ſiue æquo vaſtoque impetu aggreditur, ſiue quotidiano & vulgari exitu, nihil refert quam minax veniat, quātumcunque ſit, quod in nos trahat. Quod à nobis petat, minimum eſt. Hoc ſeneƈt⁹ à nobis ablatura eſt. Hoc auricu-

auriculæ dolor: hoc in nobis humoris corrupti abundantia: hoc cibus parū obſequens ſtomacho. Hoc pes leuiter offenſus. Facis quod quandoque faciendum eſt, rerumque natura quæ te genuit, expectat, & locus melior ac tutior. Quid times? Graue eſt, potius ſemel incidat, quam ſemper impendeat. Ego recuſem mei finem, cùm ſciam me ſine fine non eſſe? imò cum ſciam omnia eſſe finita? Ego vltimum ſuſpirium timeam? Quantum potes itaque ipſe te cohortare Lucilij contra metum mortis. Hoc aſſignemus animo, hoc nobis ſubinde ſemper dicamus: Moriendum eſt. Quando? Quid tua intereſt? Mors naturæ lex eſt, tributum officiumque mortalium, malorumque omnium remedium. Optabit illam quiſquis timet. Omnibus omiſſis, hoc vnum meditare, ne mortis nomen reformides: effice illam tibi cogitatione multa familiarem. Vel ſi ita tulerit, poſſis illli & obuiam exire. li. 5. declamat.

Nihil eſt miſerius, quam incertum inter vitam mortemque deſtitui. Ibid.

Crudelius eſt quam mori, ſemper timere mortem. lib. 1. controuerſ.

Mori, naturæ finis eſt, non pœna, Ibid.

Quoties magni alicuius mors ab hiſtoricis narrata eſt, toties ferè totius conſummatio vitæ, & quaſi funebris

bris laudatio redditur.

Mille modis lethi miſeros mors vna fatigat.

lib 4. contro uerſ. Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt. Et hæc eſt conditio miſerrima humani generis, quod naſcimur eodem modo, multis morimur: laqueus, gladius, præceps, locus, venenum, naufragium, mille aliæ mortes inſidiantur huic miſerrimæ animæ.

lib. de quaut. virtut. Boni eſt viri, etiam in morte neminem fallere.

In prouerb. Bis enim mori eſt, alterius arbitrio mori.

Ibid. Bona mors eſt homini, vitæ quæ extinguit mala.

Ibid. Cuius mortem amici expectant, vitam oderunt.

Ibid. Crimen relinquit vitæ, qui mortẽ appetit.

Ibid. Heu quam timendus eſt, qui mori tutum putat.

Ibid. Homo toties moritur, quoties amittit ſuos.

Ibid. Mori eſt fœlicis, antequam mortẽ inuocet.

Ibid. Mori neceſſe eſt, ſed non quoties volueris.

Ibid. Mortuo qui mittit munus, nihil dat illi, ſibi adimit.

Tolerabilior eſt qui mori iubet, quã qui malè viuere: tolerabilior pœna nõ poſſe viuere, quam neſcire. Ibid.

Eripere vitam nemo non homini poteſt. In Thebaid.
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

Contempſit mori. In Oedipo.
Qui non concupiſcit.
Labimur ſaeuo rapiente fato, Ibid.
Ducitur ſemper noua pompa morti.
Quicquid ſol oriẽs, quicquid & occidẽs. In Troade.
Nouit, ceruleis oceanus fretus,
Quicquid vel veniẽs, vel fugiẽs leuat.
Ætas Pegaſeo corripit gradu.
Vbiq; mors eſt, optimè hoc cauit Deus. In Theba
Eripere vitam nemo non homini poteſt,
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

DE MONITIONE.
CAP. CXXXIX.

Monitio quando ſuperuacanea.

NIhil efficient monitiones amotæ grauibus vitijs. Epiſt. 6 lib. 14.

Quæ admonitione excitantur, non aliter quam ſcintilla flatu leui adiuta, ignem ſuum explicant. Ibid.

Vis ingenij præceptis & admonitionibus alitur.

Ingenij vis præceptis alitur, & creſcit: nouaſque perſuaſiones adijcit innatis, & deprauata corrigit. Si quis, inquit, non habet recta decreta, quid illum Ibid.

illum admonitiones iuuabunt vitijs obligatum? Hoc ſcilicet, vt liberetur. Non enim extincta in illo indolis naturalis eſt, ſed obſcurata & oppreſſa. Sic quoque tentat reſurgere, & contra praua nititur. Nacta verò præſidium, & adiuta præceptis, cōualeſcit: ſi tamē illam diutina peſtis non infecit, nec enecuit.

Bene agens admonitione non eget.

Ibid. Si quis recta habet & honeſta decreta, hic ex ſuperuacuo monetur. Expelle falſas opiniones de bonis & malis, & in locum earum veras repone, & nihil habebit admonitio quod agat.

Ibid. Nihil nimis.

Admonitio quibus neceſſaria.

Ibid. Imbecillioribus ingenijs neceſſarium eſt aliquem præire: Hoc vitabis, hoc facies. Præterea ſi expectat tempus quo per ſe ſciat, quid optimum factu ſit, interim errabit: & errando impedietur, quo minus ad illud perueniat, quo poſſit ſe eſſe contentus. Regi ergo debet, dum incipit poſſe regere.

lib. de morib. Obiurgationi ſemper aliquid blandi admiſce: facilius enim penetrant verba quæ molli vadunt via, quam aſpera.

DE MODO. CAP. CXL.

Ne quid nimis, ſed omnibus adde modum.

Negotia

NEgotia expedita & habilia ſequuntur actorem: Ingentia & ſupra naturam agentis, nec dant ſe facilè: & ſi occupata ſunt, premunt atque adducunt adminiſtrantem: qui non quæ facilia ſunt, aggreditur: ſed vult facilia eſſe, quæ aggreſſus eſt. Quotiens igitur aliquid conaberis, te ſimul & ea quæ paras, quibuſque pararis, ipſe metire. Faciet enim te aſperum pœnitentia operis infecti. lib. 3. de ira.

Vitioſum eſt vbique quod nimium.

Magni pectoris eſt, inter ſecunda moderatio.

Sales ſint moderati.

Alexander Magnus Caliſthenem occidit propter intempeſtiuè liberos ſales. Nam cum Deum vellet videri, & vulneratus eſſet, viſo ſanguine Philoſophus mirari ſe dixerat, quod non eſſet. Libr. 1. de trãquil. vitæ. libr. 1. ſua ſoriar.

Omni re moderatio eſt adhibenda, quæ ſanabilia ingenia diſtinguere à deploratis ſciat. Ibid.

Moderata durant. In prouerb.

DE MVTABILITATE. In troade.
CAP. CXLI.

Mutabilitati præſentia omnia ſubiecta.

NIhil mutationis periculo exceptũ, nõ terra, nõ cœlũ, non totus hic rerum omniũ contextus, quãuis Deo agente ducatur. Non ſemper Epi. 3. lib. 10.

tenebit

tenebit hunc ordinem, ſed illum ex hoc curſu aliquis dies deijciet. Certis enim cuncta temporibus naſci debẽt, creſcere, extingui. Quæcunque vides ſupra nos currere, & hæc quibus immixti atq; impoſiti ſumus, veluti ſolidiſſimis, carpentur ac deſinent. Nulli non ſenectus ſua eſt. Inæqualibus iſta ſpatijs eadẽ natura demittit: quicquid eſt, non erit: nec peribit, ſed reſoluetur.

Epi. 1. lib. 12. Farius puer amabilis, ſed mutabitur.

Inexpectata plus grauant.

Epi. 3. lib. 14. Inexpectata plus grauant. Nouitas adijcit calamitatibus põdus: nec quiſquam mortalium non magis quod etiam miratus eſt, doluit. Ideo nihil nobis improuiſum eſſe debet. In omnia præmittendus eſt animus, cogitãdumque non quid ſolet, ſed quicquid poteſt fieri. Quid enim eſt, quod non fortuna cum voluit, ex florentiſſimo detrahat? quod non eò magis aggrediatur & quatiat, quò ſpecioſius fulget?

Labitur exiguo quod partum eſt tempore longo.

Epi. 3. lib. 14. Quicquid longa ſeries multis laboribus, multa Dei indulgentia ſtruxit, id vnus dies ſpargit ac diſſipat. Longã moram dedit malis properãtibus, qui diem dixit horam, momentumque tempo-

temporis, euertendis imperijs ſuffice-re. Eſſet aliquod imbecillitatis noſtrę ſolatium, rerumque noſtrarum, ſi tãto tempore repararentur, cuncta quãto finiuntur. Nunc incrementa lentè exeunt, feſtinanter in damnum. Nihil priuatim, nihil publicè ſtabile eſt: tam hominum quam vrbium fata voluuntur. Inter placidiſſima terror exiſtit, nihilque extra eſt, tumultuantibus cauſis: mala vnde minimè expectabantur, erumpunt.

Tota ante oculos ſortis humanæ conditio ponatur: nec quantum frequenter euenit, ſed quantum plurimũ poteſt euenire præſumamus animo, ſi nolumus opprimi, nec vllis inuſitatis veluti nouis obſtupefieri. In plenum cogitanda fortuna eſt. Enumerare autem omnes fatorum vias, longum eſt. Ibid.

Contra muliebrem inconſtantiam.

Nihil tam mobile, quam fœminarum voluntas, nihil tam vagum. Nouimus veterum matrimoniorum repudia, & fœdiores diuortio, malè cohærentium rixas. Quam multæ quos in adoleſcẽtia amauerunt, in communi reliquêre ſenectute: quoties anîle diuortium riſimus, quam multarum amor odio notiore mutatus eſt. libr. de remedijs fortu.

Quod

Quod longa dies edidit, momento interdum cadit.

lib. 3. natur. quæſt. Vrbes conſtituit ætas, hora diſſoluit.

Momento fit cinis, diu ſylua.

Ibid. Magna tutela ſtant omnia ac vi-

Ibid. gent citò & repentè diſſiliunt.

DE MVNDO.
CAP. CXLII.

Exemplo probat mundum periturum.

libr. 3. natur. quæſt. NIhil difficilè eſt naturæ, vtique vbi in finem ſui properat. Ad originem rerum parcè vtitur viribus, diſpenſatque ſe incrementis fallentibus, ſubitò ad ruinam toto impetuvenit. Quam longo tempore opus eſt, vt conceptus ad puerperium perducatur infans. Quantis laboribus tuetur, educatur, quam diligenti nutrimento obnoxiũ nouiſſimè corpus adoleſcit: atquam nullo negotio ſoluitur. Vrbes conſtituit ætas, hora diſſoluit. Momento fit cinis, diu ſylua. Magna tutela ſtant aut vigent omnia: citò ac repentè diſſiliunt. Quicquid ex hoc ſtatu rerum natura fluxerit, in exitum mortalium ſatis eſt. Ergo cum affuerit illa neceſſitas temporis, multa ſimul fata cauſas mouent, nec ſine concuſſione mundi, tanta mutatio eſt. Magno impetu, magna finienda ſunt.

Cauſa

Cauſa quare mundus ſit periturus. Et hic attende, an non bene ſenſerit Ethnicus, quanquam ne credi par ſit.

Quemadmodum corpora noſtra ad egeſtum venter exoluit, quemadmodum eunt in ſudore vires: ita tellus liquefiet, & alijs cauſis quieſcentibus intra ſe, quo mergatur, inueniet. Omnia enim adiuuabunt naturam, vt naturæ conſtituta peragātur. Maximam tamen cauſam ad ſe mutandam, terra ipſa præſtabit, quam diximus eſſe mutabilem, & ſolui in humorem. Ergo quandoque erit terminus rebus humanis, cùm partes eius interire debuerint, aboleriue funditus totæ, vt de integro totę rudes, innoxiæque generentur: nec ſuperſit in deteriora magis, plus humoris, quam ſemper fuit, fiet. Nunc enim elementa ad id quod debetur penſa ſunt. Aliquid oportet alteri accedat, vt quæ libramēto ſtāt, inæqualitas turbet, accedet humori. Nunc enim habet quo ambiat terras, non quo obruat. Quicquid illi adieceris, neceſſe eſt in alium locum exundet. Vide ergo, ne terra debeat minus, vt validioribus infirma ſuccumbant. Incipiet ergo putreſcere, dehinc laxata ire in humorem, & aſſidua tabe defluere. Tunc exilient ſub montibus flumina, ipſoſque impetu quatient, Ibid.

inde aura taciꝗ manabunt. Solum omne aquas redet, ſummi ſcaturient montes, quemadmodum in morbum tranſeant ſana, & lceri vicina conſentiunt: vt quæque proxima terris fluentibus fuerint, eluentur, ſtillabunt, & deinde current, & hiante pluribus locis ſaxo, per fretum ſaliet, & maria inter ſe componet. Nihil erunt Adriatici, nihil Siculi equoris fauces, nihil Charybdis, nihil Scylla. Omnes nouũ mare fabulas obruet, & hic qui terras cingit Oceanus extremas, veniet in medium. Quid ergo eſt. Nihilominus tenebit alienos menſes hyẽs, æſtas prohibebitur: & quocunq; terras ſydus exciccat, compreſſo ardore ceſſabit. Peribunt tot nomina, Caſpiũ & Rubrum mare, Ambriaci & Cretici ſinus, Propontis & Pontis. Peribit omne diſcrimen. Confundetur quicquid in ſuas partes natura digeſſit. Non muri quemq; turreſue tuebũtur. Non proderunt templa ſupplicibus, nec vrbium ſumma, quippe fugientes vnda præueniet, & ex his ipſis artibus deferet. Alia ab occaſu, alia ab oriente concurrent: vnum humanum genus condet dies. Quicquid tam longa fortunæ indulgentia excoluit: quicquid ſupra cæteros extulit, nobilia pariter atq; ornata, magnarumque gentium regna

regna peſſundabit. Nec erit longa mora exitij. Vt ignis, diuerſis locis ortus, citò miſcet incendium, flammis coire properantibus: ſic momento ſe redundātia pluribus locis maria committent. Nec ea ſemper licentia vndis erit: ſed peracto exitio generis humani, extinctiſque pariter feris, vi aquarum hominis ingenia tranſient. Iterum aquas terra ſordebit, terram pelagis ſtare aut intra terminos ſuos furere coget, & eiectus è noſtris ſedibus in ſua ſecreta pelletur Oceanus, & antiquus ordo reuocabitur. Omne ex integro animal gloriabitur, dabiturque terris homo inſcius ſcelerum, & melioribus auſpicijs natus. Sed illis innocentia non durabit, niſi dum noui ſunt: citò nequitia ſubrepit: virtus difficilis inuentu eſt, rectorem ducemq; deſiderat: etiam ſine magiſtro, vitia diſcuntur.

Puſilla res mundus eſt, niſi in illo quod quærat omnis mundus habeat. lib. 7. natur. quæſt.

Terræ ſuum finem habent, & ipſius mundi aliquis occaſus eſt. libr. 1. ſua ſoriar.

DE MVLIERIBVS.

CAP. CXLIII.

AVt amat, aut odit mulier, nihil eſt tertium. In prouer.

Apertè cum eſt mala mulier, tum demum eſt bona. Ibid.

Ibid. Malo in conſilio fœminæ vincunt viros.

Ibid. Mulier cum ſola cogitat, malè cogitat.

Ibid. Mulier quæ nubit multis, multis non placet.

Ibid. Muliebre eſt furere in ira.

Ibid. Caſta ad virum matrona parendo imperat.

Malorum dux & ſcelerum artifex mulier.

In Hippolyto. *Sed dux malorum fœmina, & ſcelerum artifex*
Obſedit animos, cuius inceſta ſtupris
Fumant tot vrbes, bella tot gentes gerũt,
Et verſa ab imo tot populos premunt.

In Hercule œteo. *O quam cruentus fœminas ſtimulauit dolor*
Cũ patuit vna pellici, & nuptia domus.
Scilla & Charybdis Sicula contorquens freta
Minus eſt timenda nulla non melior fera eſt.

Mulieres naturaliter timidæ ſunt.

In Octauia. *Mulier, dedit natura cui pronum malo*
Animum, ad nocendum pectus inſtruxit dolis,
Sed vim negauit, vt ne inexpugnabilis
Eſſet, ſed ægras frangeret vires timor.

DE MVNERIBVS SEV DONIS.

CAP. CXLIV.

Plures

PLures ſunt apud quos non diutius in animo ſunt donata, quã in vſu. li. 1. beneſic.

Alexander magnus ſummum bonum ducebat, terrori eſſe cunctis.

Alexandro Macedone, cum victor Orientis, animos ſupra humana tolleret, Corinthij per legatos gratulati ſunt, & ciuitate illum ſua donauerint. Cum riſiſſet Alexander hoc officij genus. Vnus ex legatis: Nulli, inquit, ciuitatem vnquam dedimus alij quam tibi & Herculi. Libens accepit delatum honorem, & legatos inuitatione, aliaque humanitate proſecutus, cogitauit: non qui ſibi ciuitatem darent, ſed cui dediſſent. Et homo gloriæ deditus, cuius nec naturam, nec modum nouerat. Herculis liberique veſtigia ſequens, ac ne ibi quidem reſiſtens, vbi illa defecerant, ad ſocium honoris ſui reſpexit à dantibus, tanquã cœlum quod mente vaniſſima cõplectebatur teneret, quia Herculi ęquabatur. Quid enim ſimile habebat veſanus adoleſcens, cui pro veritate erat fœlix temeritas? Hercules nihil ſibi vicit, orbem terrarũ tranſiuit non concupiſcendo, ſed vindicando. Quid vinceret malorum hoſtis: bonorum iudex, terrarum mariſque pacator? At hic à pueritia latro gentiumque vaſtator, tam hoſtium pernicies, quam amicorum: qui Ibid.

ſummum bonum duceret, terrori eſſe cunctis mortalibus: oblitus non ferociſſima tantum, ſed ignauiſſima quoque animalia timeri, ob virus malum.

Beneficium à datore non æſtimandum.

li. 2. benefic. Qui quantum det, oſtendit: munus ſuum non commendat, ſed exprobat.

Perſonæ qualitas quem quis iuuare cogitat penſanda.

Ibid. Vrbem cuidam Alexander donabat veſanus, qui nihil vnquam animo niſi grande concepit. Dum ille cui donabatur ſeipſum menſus, tanti muneris inuidiam refugiſſet, dicens non conuenire perſonæ ſuæ vel fortunæ. Non quęro, inquit, quid te accipere deceat, ſed quid me dare. Animoſa vox videtur, & cũ regia ſit, eſt ſtultiſſima. Nihil enim per ſe quenquam decet. Refert quid, cur, quãdo, quare, vbi, & cætera, ſine quibus facti ratio non conſtabit.

Aſpicienda ergo non minus ſua cuique perſona eſt, quam eius, de quo iuuando quis cogitat. Volo Chryſippi noſtri vti ſimilitudine de pilæ luſu, quam cadere nõ eſt dubium, aut mittentis ſtudio, aut accipiẽtis. Tunc curſum ſuum ſeruat, vbi inter manus vtriuſque aptè ab vtroque, & iactata & excepta verſatur. Neceſſe eſt autem luſor bonus, aliter illam colluſori longo, aliter breui mittat. Eadẽ beneficij

ratio

ratio eſt, niſi vtrique perſonæ dantis & accipientis aptatur, nec ab hoc exibit, nec ad illum perueniet, vt debet.

Nemo inuitus bene facit.

Nemo libenter dat inuitus, ſed quicunque ad benefaciendum bonitate inuitatus eſt: & ipſa pulchritudine rei, etiam libentius dabit, nihil debituris, niſi quod volunt. Minuitur enim gloria eius officij, cui diligenter cautum eſt. lib. 3. beneſi.

Beneficium quando fœnus.

Iſtud non eſt beneficium, ſed fœnus, circumſpicere non vbi optimè ponas, ſed vbi quaſtuoſiſſimè habeas, vnde faciliſimè tollas. Non eſt beneficium quod in quæſtum mittitur. Hoc dabo, hoc recipiam, actio eſt. lib. 4. beneſi

Magna ſe accepiſſe præ ſe ferens, paria voluiſſe. Nam vt omnium aliarum virtutum, ita huius ad animum tota æſtimatio redit. libr. 5. beneſi.

Nemo libenter reddit, quod inuitus debet: & quod apud ſe non vult eſſe, onus iudicat eſſe, non munus. lib. 6. beneſi.

Stultum eſt dare alicui, quod accipere non poſſit. lib. 7. beneſi.

Dati te nunquam pœniteat.

Nunquam te tam inhumanus, & immemor, & ingratus offēdat, vt non tantum dediſſe delectet. Nunquam in has voces te iniuria impellat: Vellem Ibid.

non feciſſe. Beneficij tui etiam infœ-
licitas placeat.

li. 3. de Data magno æſtimas, accepta paruo.
ira. Dari bonum quod potuit, auferri
Epi. 8. poteſt.

lib. 1. *Reges Parthorum non ſalutantur ſine*
Epiſt. 5. *munere.*

lib. 2. Parthos non poteſt quiſquam ſalu-
Epi. 5. tare ſine munere: tibi valedicere non
lib. 10. licet gratis.
Epiſt. Circa premium rixa eſt.
5. li. 11. Sæpe quod datur exiguum eſt, quod ſequitur ex eo magnũ. Sæpe hoc non potuere diuitiæ in domum infuſæ, quod oportunè dati mille denarij.
lib. 9. Dixit Catherius: Nunquam merce-
decla- des magnas accipere eos qui breuia
mat. pneumata docent.
Lib. de Cum conſideratione promittas,
quatu. plenius quam promiſeris præſta.
virtut. Bene perdit nommos, iudici cum
In pro- dat nocens.
uer. Cui ſemper dederis, vbi neges, ra-
Ibid. pere imperas.

DE NATVRA.

CAP. CXLV.

lib. 4. MAximum hoc habemus naturæ
benefi. meritũ, quod virtus in omnium animos lumen ſuum permittit, etiam qui non ſequuntur illam vident.
li. 1. de Nullum eſt animal tam horren-
ira. dum, tamque pernicioſum natura, vt non

non appareat in illo ſi illud ira inuaſit, nouæ feritatem acceſſio.

Difficile quid.

Naturam mutare difficile eſt.

Hoc humanæ naturæ vitium ſuſpectum notumque nobis ſit, quod quæ inuiti audimus, libenter credimus: & antequam iudicemus, iraſcimur. lib. 2. de ira. Ibid.

Humana natura contumax.

Natura contumax eſt humanus animus, & in cõtrarium atque arduum nitens, ſequiturque facilius, quam ducatur. li. 1. de clemẽtia.

Natura agilis.

Natura humanus animus agilis eſt, & pronus ad motus. lib. 1. de de trãquil. vitæ.

Generoſa res eſt, reſpicere non ad ſuas, ſed ad naturæ ſuæ vires.

Nihil in rerum natura tam ſacrum eſt, quod ſacrilegium non inueniat. libr. de vita beata.

Maior pars mortalium de naturæ malignitate cõqueritur, quod in exiguum æui gignimur: quod hæc tam velociter, tam rapicè dati nobis temporis ſpatia decurrant, adeò vt exceptis admodum paucis, cæteros in ipſo vitæ apparatu vita deſtituat. libr. de trãqu. vitę. lib. de breuit. vitę.

Naturale eſt, vt ſemper animus ab eo refugiat, ad quod cum triſtitia reuertitur. Ibid.

Amiſſa plus placent.

Hæc natura mortalium eſt, vt nihil lib. de

cõſol. ad Martiam. magis placeat, quam quod amiſſum eſt. Iniquiores ſumus aduerſus relicta, ereptorum deſiderio.

Natura boni conditi ſumus.

libr. de conſo. ad Albinã. Bona conditione conditi ſumus, ſi eam non deſerimus. Id egit rerum natura, vt ad beneviuendum non magno apparatu opus eſſet. Vnuſquiſque ſe beatum facere poteſt.

Natura paucis contenta.

lib. de conſo. ad Albinam. Cupiditati nihil eſt ſatis: naturæ etiam ſatis eſt parum.

Nihil homini natura quod neceſſarium faciebat, fecit operoſum.

Ibid. Naturale eſt, manus ſæpius ad id

Ibid. recurrere, quod doleat.

Epi. 3. lib. 1. Cum rerum natura delibera, illa dicet tibi ſe & diem feciſſe & noctem.

Natura reſpuit ſuperuacua.

Epi. 4. lib. 1. Magnæ diuitiæ ſunt lege naturæ compoſita paupertas. Lex autem illa naturæ, ſcis quos nobis terminos ſtatuit, Non eſurire, non ſitire, non algere, vt famem ſitimque depellas. Parabile eſt enim quod natura deſiderat, & ad manum quod ſat eſt.

Naturalia animi & corporis vitia difficile vincuntur.

Epi. 11. libr. 1. Nulla ſapientia, naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quicquid infixum & ingenitum eſt, leui arte non vincitur. Quibuſdam enim conſtantiſſimis

tiſſimis in conſpectu populi ſudor erumpit, non aliter quam fatigatis & æſtuantibus ſolet, quibuſdam tremũt genua dicturis: quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra cõcurrunt: Hæc nec diſciplina, nec vſus vnquam excutit: ſed natura vim ſuam exercet: & illos vitij ſui, etiam robuſtiſſimos admonet. Inter hæc & ruborem eſſe ſcio, qui grauiſſimis quoque viris, ſubitus offunditur: magis quidem in iuuenibus apparet, quibus & plus caloris eſt, & tenera frons, nihilominus veteranos & ſenes tãgit. Quidam nunquam magis quàm cùm erubuerint timendi ſunt, quaſi omnem verecundiam effuderint. Sylla tunc erat violentiſſimus, cum faciem eius ſanguis inuaſerat. Nihil erat mollius ore Pompei, nunquam non corã pluribus erubuit: vtique & in concionibus Fabianum cùm in Senatum teſtis eſſet inductus, erubuiſſe memini, & hic mirè illum pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, ſed à nouitate rei: quæ inexercitatos etſi non concutit, mouet: naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam vt quidã boni ſanguinis ſunt, ita quidam incitati & mobilis, & citò in os prodeũtis. Hęc vt dixi, nulla ſapientia abigit:

alioquin haberet rerum naturam ſub imperio ſui, ſi omnia eraderet vitia. Quæcunq; attribuit conditio naſcẽdi & corporis temperatura, cum multum ſe diuque animus compoſuerit, hærebunt. Nihil horum vitari poteſt, non magis quàm acceſſi.

Natura exiguum deſiderat.

Epi. 4. li 2. Ab Epicuro dictum eſt: Si ad naturam viues, nunquam eris pauper: Si ad opiniones, nunquam eris diues. Exiguum natura deſiderat, opinio immẽſum.

Epi. 5. Natura minimum petit.

lib. 2. Natura nobis minimum conſtituit.

Epi. 1. lib. 3. Nemo naſcitur diues: quiſquis exit in lucem, iuſſus eſt lacte & panno eſſe contentus. Ab his initijs nos regna nõ capiunt.

Panem & aquam natura deſiderat.

Epi. 6. lib. 3. Diuitiæ paratæ ſunt, aut gratuitũ eſt quo egenius, aut vile. Panem & aquam natura deſiderat. Nemo ad hæc pauper eſt. Intra quæ quiſquis deſiderium ſuum claudit, cum ipſo Ioue de fœlicitate contendat.

Epi. 2. libr. 11 Naturale eſt mali ſui fine gaudere.

Natura ægrè redit moleſta.

Epi. 6. libr. 11. Non recipit rerum natura, vt aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat, pigré veniet & cunctanter.

Natura-

Naturaliter ſumus boni conditi.

Nulli nos vitio natura conciliat:illa liberos ac integros genuit. Epi. 6. li. 14.

Natura omnes ſumus fratres.

Vnius ſumus magni corporis membra. Natura enim nos cognatos edidit,cum hiſdem & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociables fecit. Illa æquum iuſtumque compoſuit. Ex illius conſtitutione miſerius eſt nocere, quam lædi. Ex illius imperio paratæ ſunt iuuantis manus. Iſti verſus & in pectore & in ore ſint: Homo ſum, humani nihil à me alienum puto. Habeamus in commune, quod nati ſumus. Societas noſtra lapidum formationi ſimillima eſt; quæ caſura,niſi inuicem obſtaret,hoc ipſo continetur. Epi. 1. lib. 15.

Natura humana contumax.

Contumax natura eſt, non poteſt vinci,ſuũ poſcit. Sed vt quicquid naturam excedit,ſcias precariũ eſſe,non neceſſarium. Epiſt. 5. li. 21.

Natura iubet augere laudanda. Epiſt. 1. lib. 22.

Sine conſilio fit quicquid natura præcipit. Epiſt. 2. li. 22.

Non poteſt perfectę naturę bonum imperfecta eſſe natura. Epi 5. lib. 22.

Ad naturam viuendum.

Tenenda nobis vita eſt, quam natura præſcripſit, nec ab illa declinan- Ibid.

dum. Illam ſequentibus omnia facilia & expedita ſunt. Contra illam nitentibus, non alia vita eſt, quam contra aquam remigantibus.

Natura vis.

lib. 6. natur. quæſt. Indomita naturæ potentia libera eſt. vtique cum concitatius ſibi ius ſuum vendicat.

Natura non vniformis.

lib. 7. natur. quæſt. Non ad vnam natura formam opus ſuum præſtat, ſed ipſa varietate ſe iactat. Alia moroſiora, alia velociora alijs fecit. Alia validiora, alia temperatiora: quædam autem eduxit à turba, vt ſingula & conſpicua procederent, quædam gregem miſit. Ignorat naturæ potentiam, qui illi non putat aliquando licere, niſi quod ſæpius facit.

lib. 2. declamat. Sui iuris rerum natura eſt.

Neminem natura fecit liberũ, neminem ſeruum: impoſuit fortuna nomina hæc ſingulis.

lib. 7. declamat. Habet ſua iura natura.

Magnis ſceleribus iura naturæ intereunt.

lib. 9. declamat. Mala eſt medecina, vbi aliquid naturæ perit.

Libr. 5. cõtrouerſ. Malæ naturæ, nunquam doctrina indigent.

DE

DE NATIVITATE HOMINIS. CAP. CXLVI.

Peiores morimur, quam naſcimur.

NEmo non ita exit è vita (ait Epicurus) tanquam modo intrauerit. Quemcunque vis occupa, adoleſcentem, ſenem, medium, inuenies æquè timidum mortis, æquè inſcium vitæ. Nemo quicquam habet facti; in futurum enim noſtra diſtulimus. Nemo, inquit, aliter, quam quomodo natus eſt, exit è vita. Falſum eſt, peiores morimur, quam naſcimur. Noſtrum iſtud, non naturæ vitium eſt. Illa de nobis conqueri debet, & dicere: quid hoc eſt? ſine cupiditatibus vos genui, ſine timoribus, ſine ſuperſtitione, ſine perfidia, cæteriſque peſtibus. Quales intraſtis, tales exite. Percepit ſapientiam ſi quis tam ſecurus moritur, quam naſcitur. Nunc verò trepidamus, cum periculum acceſſit: non animus nobis, non color conſtat: lachrymæ nihil profuturæ, cadunt. Epiſt. 3. lib. 3.

Humana ſortis conditio rememoranda.

Tota ante oculos ſortis humanæ conditio ponatur: nec quantum frequenter euenit, ſed quantum plurimum poteſt euenire præſumamus animo, ſi volumus opprimi, nec vllis inuſitatis veluti nouis obſtupefieri. In plenum cogitanda fortuna eſt. Epi. 3. lib. 14.

Cin iæ

Cinis æquat omnes.

Ibid. Æquat omnes cinis: pares naſcimur, pares morimur.

Ibid. Conditor iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate diſtinxit, niſi dum ſumus. Vbi verò ad finem mortalium ventum eſt: Diſcede, inquit, ambitio omnium, quæ terram premunt: ſeruus miles eſto. Ad omnia patienda pares ſumus. Nemo altero fragilior eſt: nemo in craſtinum ſui certior.

Naſci cui contigit, mori reſtat.

Epi. 4. li. 16. Omnes eadem conditio deuinxit, cui naſci contigit, mori reſtat.

Epi. 2. lib. 18. Quicquid circa te iacet rerum, tanquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpecta. Tranſeundum eſt. Excutit redeuntem natura, ſicut intrantē. Non licet plus efferre, quam intuleris. Imò etiam ex eo quod ad vitā attuliſti, pars magna ponenda eſt. Detrahentur tibi hęc circumiecta, nouiſſimum velamentū tui cutis: detrahetur caro, & & ſuffuſus ſanguis, diſcurrenſque per totum: detrahētur oſſa, neruique, firmenta fluidorum ac labentium. Dies iſte quē tanquam extremum reformidas, ęterni natalis eſt.

Omnia nata occiduntur, & cuique rei certus eſt ſtatutus terminus.

lib. 2. Nulli natura in æternum ſpiritum dedit:

dedit: ſtatutaque naſcentibus in finē vitæ dies. Imbecilla enim nos materia Deus orſus eſt, quippe minimis ſuccidunt corpora, inde nunciata ſorte rapimur: ſub eodem pueritia fato eſt, eadem iuuentus cauſa cadit, optamus quoque plerique mortem, adeò in ſecuram quietem receſſus eſt. At gloriæ nullus finis eſt, proximiq́ue Deo. ſua ſeriar.

Si poſſent homines ſibi ſortem facere naſcendi, nemo eſſet humilis, nemo egens, vnuſquiſq; fœlicem domū inuaderet: Sed quamdiu non ſumus, natura nos tegit, & in quemcunque vult caſum, nos mittit. Lib. 2. cōtrouerſ.

Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt. Et hæc eſt conditio miſerrima humani generis, quod naſcimur eodē modo, multis morimur. Libr. 4. cōtrouerſ.

DE NECESSITATE.

CAP. CXLVII.

Neceſſitas omnem frangit legem.

NEceſſitas magnum humanę imbecillitatis patrocinium, omnē legem frangit. lib. 9. declamat.

DE NIVE. CAP. CXLVIII.

Nix quid.

NIx nihil aliud eſt, quam in pruina pendens congelatio. lib. 4. natur. quæſt.

Nix ex qua aeris parte fiat, & cur calida ſit.

Aiunt

Ibid. Aiunt niuem in ea parte aeris fieri, quæ prope terras eſt. Hanc enim plus habere caloris ex quatuor cauſis. Vna, quod omnis terrarum euaporatio, cũ multum in ſe feruidi, aridiq; habeat: hoc eſt calidior, quo recentior. Altera quod radijs ſolis à terra reſiliunt, & in ſe currunt. Horum duplicatio proxima quæque à terris calefacit. Quæ ideo plus habent teporis, quia Solem bis ſentiunt. Tertia cauſa eſt, quod magis ſuperiora perflantur. At quæcunque depreſſa ſunt, minus ventis verberantur. Accedit his ratio Democriti: Omne corpus quo ſolidius eſt, hoc calorem citius concipit, & diutius ſeruat. Itaque ſi in Solem poſueris æneum vas & vitreum, & argenteum, æneo citius calor accedit, diutius hærebit. Adijcit deinde quare hoc exiſtimet fieri. His, inquit, corporibus, quæ duriora ſunt & preſſiora, denſioraque, neceſſe eſt minora foramina eſſe, & tenuiorem in ſingulis ſpiritũ. Sequitur, vt quemadmodum minora balnearia, & minora foramina citius caleſiunt: ſic hæc foramina eſſe occulta & oculos effugientia, & celerius feruorem ſentiant: & propter eaſdem anguſtias quicquid receperunt, tardius reddant.

DE

DE NOVERCIS.

CAP. CXLIX.

NOuercæ nunquam ſatis priuignus occiditur. Lib. 4. cōtrouerſ.

DE NOVITATE.

CAP. CL.

Semper noua quantumuis exigua in admirationem nos ducunt.

NEmo vſque adeò tardus, & hebes, & demiſſus in terram eſt, vt ad diuina non erigatur, ac tota mente conſurgat, vtique vbi nouum aliquod è cœlo miraculum fulſit. Nam quamdiu ſolita decurrunt, magnitudinem rerum conſuetudo ſubducit. Ita enim compoſiti ſumus, vt nos quotidiana etiamſi admiratione digna ſunt, tranſeant. Contra minimarum quoque rerum, ſi inſolitæ prodierunt, ſpectaculum dulce fiat. Hic itaq; cœtus aſtrorum, quibus immenſi corporis pulchritudo diſtinguitur, populum non conuocat. At cum aliquid ex more mutatum eſt, omnium vultus in cœlo eſt. Sol ſpectatorem niſi cum deficit, non habet. Nemo obſeruat lunam niſi laborantem: tunc vrbes conclamant, tunc pro ſe quiſque ſuperſtitione vana trepidat. Quanto illa maiora ſunt, ꝙ Sol totidē (vt ita dicā) gradus, quot dies habet, & annū circuitu ſuo claudit, &c. Hæc tamen non annotamus, lib. 7. natur. quæſt.

tamus, quamdiu ordo ſeruatur. Sed ſi quid turbatum eſt, aut pręter conſuetudinem emicuit, ſpectamus, oſtendidimus, interrogamus. Adeò naturale eſt, magis noua, quam magna mirari.

li. 4. de clama. Acrior eſt cupiditas ignota cognoſcendi, quam noua repetendi. Hoc in hiſtrionibus, in gladiatoribus, in oratoribus, de quibus modo aliquid fama promiſit. In omnibus denique rebus videmus accidere: Ad noua omnes concurrunt, ad noua conueniunt.

Ibidē. Quicquid inſolitum eſt, etiam in turba notabile eſt.

DE NOBILITATE.

CAP. CLI.

Non longa ſtemmatum ſeries, ſed ingenij fœlicitas nos generoſos reddit.

lib. 3. benefi. EAdem omnibus principia, eadēq; origo. Nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrijs exponunt, & nomina familiæ ſuæ longo ordine ac multis ſtemmatum illigata flexuris in parte prima ædiū collocāt, noti magis, quam nobiles ſunt. Vnus omnium parens mundus eſt, ſiue per ſplendidos, ſiue per ſordidos gradus, ad hunc prima cuiuſque origo perducitur. Non eſt quod te iſti decipiant, qui cum maiores ſuos recenſent, vbicunque fecit nomen illuſtre, illo dominum

minum fingunt. Neminē deſpexeris, etiamſi circa illum obſoleta ſunt nomina, & parum indulgente adiuta fortuna. Siue libertini, ſiue ſerui ante nos habentur, ſiue exterarum gentiũ homines: erigite audacter animos, & quicquid in medio ſordidi iacet, tranſilite, expectat vos in ſummo, magna nobilitas.

Natura virtus maxima.

Natura glorioſa virtus, & anteire priores cupit. lib. 3. benef.

Generoſi animi eſt, prodeſſe multis.

Generoſi animi eſt, & magnifici iuuare & prodeſſe. libr. 3. benef.

Nobilitas virtutum ſola verecunda.

Plato ait: Neminem regem non ex ſeruis eſſe oriundum: neminem nõ ſeruum ex regibus. Omnia iſta longa varietas miſcuit, & ſurſum deorſumque fortuna verſauit. Quis ergo generoſus? ad virtutem bene à natura cõpoſitus. Hoc vnum eſt intuendum, alioqui ſi ad vetera te reuocas, nemo non inde eſt, ante quod nihil eſt. A primo mundi ortu vſque in hoc tempus perduxit nos ex ſplendidis, ſordidiſque alternata ſeries. Non facit nobilem, atrium plenum fumoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui ex qua- Epiſt. 9. lib. 5.

cunque

cunque conditione ſupra fortunam licet ſurgere. Puta itaque te non eſſe equitem Romanum, ſed libertinum: potes hoc conſequi, vt ſolus ſis liber inter ingenuos.

Ibidē. Bona mens omnibus patet, omnes ad hoc ſumus nobiles. Quis generoſus? Ad virtutem bene à natura compoſitus.

Natalibus diſtinguimur, morte æquamur omnes.

Epi. 3. li. 14. Conditor iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate diſtinxit, niſi dum ſumus. Vbi verò ad finem mortalium ventum eſt. Diſcede, inquit, ambitio omnium, quæ terram præmunt, ſeruus miles eſto.

Ibid. Æquat omnes cinis, pares naſcimur, pares morimur.

Qui magni fiunt, plerumque ex humilibus proficiſcuntur.

lib. 2. cōtrouerſ. Si poſſent homines ſibi ſortem facere naſcendi, nemo eſſet humilis, nemo egens, vnuſquiſque fœlicem domum inuaderet. Sed quamdiu non ſumus, natura nos regit, & in quemcūque vult caſum nos mittit: Hinc ſimus æſtimandi, cum ſumus noſtri. Quis fuit Marius ſi illum in ſuis inſpexerimus maioribus? Humilis, in conſolatu nihil habet clarius, quam ſe auctorem. Pompeium ſi hæreditariæ extuliſſent imagi-

imagines, nemo magnum dixiſſet. Seruium regem tulit Roma, in cuius virtutibus humilitate nominis nihil eſt clarius. Quid tibi videntur illi qui ab aratro citati, qui paupertate ſua beatam fecere Rempublicam? Quęcunque volueris reuolue nobilem, ad humilitatem peruenies. Quid recenſeo ſingulos, cum hanc vrbem poſſim tibi oſtendere, nudi ſtetere colles, inter quæ tamen effuſa mœnia? Nihil eſt humili caſa nobilius, faſtigiatis ſupra tectis auro puro fulgens perlucet, capitolium. Potes obiurgare Romanos, cum humilitatem ſuam, cum obſcuritatem poſſint, oſtendunt. Sed hęc non putant magna, niſi apparuerit ex parui ſurrexiſſe.

Nobilitas animi eſt generoſitas ſenſus: nobilitas corporis generoſus animus. lib. de morib.

Qui genus iactat ſuum
Aliena laudat. InHercule furēte.

DE OBTRECTATIONE, SEV DETRACTIONE.

CAP. CLII.

HOc humanæ naturæ vitium ſuſpectum notumque nobis ſit, quod quæ inuiti audimus, libenter credimus, & antequam iudicemus, iraſcimur. Libr. 2. de ira.

Bene neſciunt loqui, qui faciunt, nō quod l. de re-

med. quod mereor, ſed quod ſolent. Qui-
fortuit buſdam enim canibus ſic innatum eſt, vt non pro feritate, ſed pro conſuetudine latrent.

DE ODIO. CAP. CLIII.

lib. 2. de ira. NIhil eſt iniquius quam aliquem hęredem paterni odij fieri.

Odium pernicioſius quod.

Epiſt. 5. li. 11. Nullum eſt odium pernicioſius, quam me beneficij violati pudere.

Odium qualiter euitandum.

Epiſt. 2. li. 18. Odium ex offenſa ſic vitabis, neminem laceſſendo aut gratificando, à quo te ſenſus communis tuebitur, fuit enim hoc multis periculoſum. Quidam odium habuerunt, nec inimicum.

libr. de morib. Peiora ſunt tecta odia quam aperta. Itaque te minus loquax inimicus offendit, quàm tacitus.

In prouer. Id agas, ne quis merito tuo te oderit.

Ibid. Odia multorum ſub oculo latent.

Ibid. Odium oportet peccandi non metum facias.

Ibid. Quamuis agas id, vt ne quis merito tuo te oderit: erunt tamen qui ſemper oderint.

DE OBEDIENTIA.
CAP. CLIV.

li. 1. de clem. HVic vrbi dominandi finis erit, qui parendi fuit.

Deo

Deo parendum, & omnia quæ eius nutu contingunt, æquo animo ferenda.

Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis, & Deum quo auctore cuncta proueniunt, ſine murmuratione comitari, & ſic illi loqui: Duc me ſumme parẽs celſiq; dominator poli, quocunq; placuit. Nulla parendi mora eſt. Aſſum impiger. Fac nolle, comitabor gemens, maluſq; patiar quod patui licuit bono. Ducũt volentẽ fata, nolentẽ trahũt. Sic viuamus, ſic loquamur. Epiſt. 4. li.18.

Caſta ad virum matrona parendo imperat. In prouer.

DE OBIVRGATIONE.

CAP. CLV.

CRudelis in re aduerſa eſt obiurgatio. Ibid.

Obiurgationi ſemper aliquid blãdè admiſce. Ibid.

DE OCCVPATIONE.

CAP. CLVI.

Literarum ſtudium, affectat otium.

SCiendum, nullam rem bene exerceri poſſe ab homine occupato. Non eloquentiam, non liberales diſciplinas: quoniam diſtrictus animus nihil altius recipit, ſed omnia velut inculcata relinquit. Nihil minus eſt hominis occupati, quã viuere, nullius rei difficilior eſt ſcientia. Profeſſores aliarum artium vulgo, multique ſunt. Viuere verò in tota vita diſcendum. lib. de breuit. vitę.

Epiſt. 3. lib. 3. Turpè eſt cedere oneri, luctari cum officio, quod ſemel recepiſti. Facilè eſt auté occupationes euadere, ſi occupationum præmia contépſeris. Illa ſunt quæ nos morantur & detinent.

Ibid. Nemo cum ſarcinis enatat.

Ibid. Adhuc alienas ſarcinas adoro.

Omnibus actionibus noſtris aliquid ſalutare miſcendum.

lib. 2. natur. quæſt. Omnibus rebus, omnibuſque ſermonibus aliquid ſalutare miſcendum eſt. Cum imus per occulta naturę, cum diuina tractamus, védicãdus eſt à malis ſuis animus, ac ſubinde firmandus: quod etiã eruditis, & hoc vnum agentibus neceſſarium eſt Non vt effugiamus ictus rerum (vndique enim tela in nos iaciũtur) ſed vt fortiter cõſtanterque patiamur. Inuicti eſſe poſſumus, inconcuſsi eſſe non poſſumus: quanquam interim ſpes ſubit, inconcuſſos quoque eſſę non poſſe.

Tempus malè tranſactum reſarciendum.

Ibid. Damna ætatis malè exemptæ labor ſarciat, ſibique totus animus vacet: & ad contemplationé ſui ſaltem ipſo impetu reſpiciat. Faciet ac ſibi inſtabit, & quotidie breuitatem temporis metietur. Quicquid amiſſum eſt, id diligenti vſu pręſentis vitæ recolliget: fideliſſimus eſt ad honeſta ex pœnitentia tran-

tranſitus. Libet mihi exclamare illius Poetæ inclyti verſum: Tollimus ingentes animos & maxima facta: Paruo tēpore molimur, Hoc dicerem, ſi puer iuueniſque molirer. Nullum non tam magnis rebus tempus anguſtum eſt. Nunc verò ad rem ſeriam, grauem, immēſam, poſtmeridianis horis acceſſimus, faciamus quod in itinere fieri ſolet: qui tardius exierunt, velocitate penſant moram. Feſtinemus, & opus, neſcio an ſuperabile, magnū certè, ſine ętatis excuſatione tractemus. Creſcit animus quoties cœpti magnitudinem oſtēdit, & cogitat quantum propoſito, non quātum ſibi ſuperſit. Conſumpſerunt ſe quidā, dum acta regum externorum componūt: quæque paſſi inuicem, auſiq; ſunt populi. Quanto ſatius eſt ſua mala extinguere, quā aliena poſteris tradere? Quantò potius Deorum opera celebrare, quam Philippi aut Alexandri latrocinia? Qui exitio gētium clari, non minores fuere peſtes mortalium, quam inundatio, qua planum omne perfuſum eſt: quā conflagratio, qua magna pars animantium exaruit. Quanto ſatius; quid faciendum ſit, quam factum ſit quærere: ac docere eos, qui ſua permiſere fortunæ nihil ſtabile ab illa datū eſſe, eius omnia fluere aura mobili?: Neſcit

enim quieſcere, gaudet lætis, triſtitia ſuſtinere, & vtraque miſcere. Itaque in ſecundis nemo cõfidat: in aduerſis nemo deficiat, alternæ ſunt vices rerum.

DE OCVLIS.

CAP. CLVII.

Oculi irritamenta vitiorum.

libr. de remedijs fortui. OCulos perdidiſti? Quam multis cupiditatibus via inciſa eſt: quã multis hominibus carebo, quos ne viderem eruendi erant. Non intelligis patrem innocentiæ eſſe cæcitatem. Oculi adulterium monſtrant, & mala omnia. Certè irritamenta ſunt vitiorum, duceſque ſcelerum.

Ecce hic quomodo oculorum acies fallatur.

libr. 3. natur. quæſt. Nihil acie noſtra fallacius, nõ tantum in his à quibus ſubtiliter peruidẽdis illa colorum diuerſitas ſubmouet: ſed etiam ijs quoque, quæ ad manus cernit. Remus integer in tenui aqua fracti ſpeciem reddit. Poma per vitrum aſpicientibus multo maiora ſunt. Colũnarum interualla porticus longiores iungunt. Ad ipſum ſolem reuertere, hunc quem toto orbe terrarum maiorem probat ratio, acies noſtra ſic contraxit, vt ſapientes viri pedalem eſſe contenderint. Quem velociſſimum omnium eſſe ſcimus, nemo noſtrum videt moueri, nec ire crederemus, niſi appareret ipſe. Mundũ ipſum

ſum præcipiti velocitate labentem, & ortus occaſuſq; intra momẽtum temporis reuoluentem, nemo noſtrum ſentit procedere. Quid ergo miraris, ſi oculi noſtri innumerabilia ſtillicidia non ſeparant, & ingenti ſpatio intuentibus minutarum imaginum diſcrimen interit?

Tenerrima eſt oculorum verecũdia. Ibid.

Imbecillos oculos eſſe, quid ad alienam lippitudinem ſuffunduntur. In prouerb.

Nihil peccant oculi, ſi oculis animus imperet. Ibid.

DE OFFICIO.

CAP. CLVIII.

QVomodo mundi officium eſt circum agere rerum ordinem, quomodo ſolis loca mutare, ex quibus oriatur, in quæ cedat, & hæc ſalutaria nobis facere ſine præmio: ita viri officium eſt inter alia, & beneficium dare. lib. 4. benefi.

DE ORATIONE ET PRECE.

CAP. CLIX.

Moleſtum verbum, Rogo.

NOn tulit gratis, qui cum rogaſſet, accepit. Quoniam quidem vt maioribus noſtris grauiſſimis viris viſum eſt: Nulla res carius conſtat, quam quæ precibus empta eſt. lib. 2. benefi.

Moleſtum verbum eſt & oneroſum, & demiſſo vultu dicendum, Rogo: huius facienda eſt gratia amico. & cui-

cunque, quem amicum ſis promerendo facturus. Properet, licet ſero beneficium dedit, qui roganti dedit.

Bona malè locata, res eſt pernicioſa.

li. 2. beneſic. Exorari in perniciem rogantium, ſæua bonitas eſt. Queadmodum pulcherrimũ opus eſt, etiam inuitos nolenteſq; ſeruare: ita rogantibus peſtifera largiri, blãdũ & affabile odiũ eſt.

Oratio qualis eſſe debeat.

Epi. 10. lib. 1. Roga à Deo bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. Tunc ſcito te omnibus eſſe cupiditatibus ſolutum, cum eo perueneris, vt nihil Deum roges, niſi quod rogare poſſis palam. Nunc enim quanta dementia eſt hominum, turpiſſima vota Deo inſuſurrant. Si quis admouerit aurem conticeſcent: & quod ſcire hominem nolunt, Deo narrant. Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat: ſic loquere, cum Deo, tãquam homines audiant.

Ibid. Verum eſt quod apud Athenodorum inueni: Tunc ſcito eſſe te omnibus cupiditatibus ſolutum, cum eo perueneris, vt nihil bonũ putes, quod eripi poſſit. Iuſtitia, virtus, temperantia, prudentia, à Deo ſunt roganda.

Epiſt. 3. lib. 3. Adhuc alienas ſarcinas adoro.

Epi. 7. lib. 3.

Oratio eſt timidis audax.

Eſt oratio timidiſſimis audax.

Quem-

Quemadmodum ſapienti viro inceſſus modeſtior conuenit: ita oratio præſſa, non audax. Epiſt. 5. libr. 5.

Oratio veritatis ſimplex.

Tragicus ait: Veritatis ſimplex oratio eſt. Ideoque illum implicare non oportet: nec enim minus quicquam conuenit, quam ſub dola iſta callidas animis conantibus magna. Epi. 6. lib. 6.

Sophiſmata contempſiſſe ſubtilius eſt quam ſoluere. Ibid.

Leuitatis eſt rogare, quod nolueris impetrare.

Noli rogare ꝙ impetrare nolueris. Interdū enim obnixè petimꝰ, id quod recuſaremus, ſi quis offerret. Hæc ſiue leuitas eſt, ſiue vtilitas, punienda eſt. Epiſt. 1. libr. 15.

Oratio ſolicita Philoſophum non decet. Epi. 4. lib. 16.

Orationis compoſitio quando grata.

Cleantes dicebat, quemadmodum ſpiritus noſter clariorem ſonum reddit, cùm illum tuba per longi canalis anguſtias tractum patenti ore nouiſſimè exitu effudit: Sic ſenſus noſtros clariores carminis arcta neceſſitas efficit: Eadem negligentius audiuntur, minuſque percutiunt, quamdiu ſoluta oratione dicūtur: vbi acceſſere numeri & egregium ſenſum aſtrinxere certi pedes, eadem illa ſententia velut lacertọ excuſſa retorquetur. Epiſt. 1. lib. 19.

Qualis vir, talis eſt eius oratio.

Epi. 2. lib. 20. Apud Græcos in prouerbiū eſt: Talis hominibus fuit oratio, qualis vita.

Ibid. Iracundi hominis, iracunda oratio eſt: Commoti nimis incitata, delicati tenera & fluxa.

Animi cultus oratio.

Epi 1. Oratio cultus animi eſt.

lib. 21. Oratio certam regulam non habet.

Epiſt. 2. lib. 20. Habet ſuum venenum, blanda oratio.

In prouerb. Ingenuitatem lædis, cùm indignum rogas.

Ibid. *Lepidiſſima ſui ipſius confortatio.*

In Hippolyto, *Aude anime, tenta, perage mandatum tuum.*

Intrepida conſtent verba, qui timidè rogat,

Docet negare.

DE ORACVLO. CAP. CLX.

Oraculum quid.

li. 1. declama. QVid eſt oraculum? nēpe volūtas diuina, hominis ore enunciata.

DE OTIO. CAP. CLXI.

In otio ne ſis otioſus.

lib. 1. de de trāquil. vitæ. LOngè optimum eſt miſcere otium rebus.

Semper aliquid boni facito.

Optimum eſt (vt ait Athenodorus) actione rerum, & Reipub. tractatione, & officijs ciuilibus ſe detinere. Nam vt qui-

vt quidam exercitatione curam corporis educunt, Athletiſque vtiliſſimũ eſt lacertos ſuos, roburque, cui ſe vendicauerunt, maiore temporis parte nutrire: Ita nobis animũ ad rerum ciuilium tutamen parantibus, in opere eſſe longè pulcherrimum eſt.

Sapiens omnia in otio diſcutit.

Fabianus dubitare ſe aiebat, an ſatius eſſet nullis ſtudijs admoueri, quã his implicari. Soli omniũ otioſi ſunt, qui ſapientiæ vacant, ſoli viuunt: nec enim ſuam tantum ætatem bene tuentur, omne æuum ſuo adijciũt, quicquid annorum ante illos actum eſt, illis acquiſitum eſt. libr. de breuit. vitæ.

Otium quærebat Auguſtus Cæſar, & omnibus rebus præferebat.

Diuus Auguſtus, cui Dij plura quam vlli præſtiterunt, non deſijt quietem ſibi precari, vacationem à republica petere. Omnis eius ſermo ad hoc ſemper reuolutus erat. Tanta viſa eſt res otium vt illam quia vſu non poterat, cogitatione præſumeret: qui omnia videbat ex ſe vno pendentia, qui omnibus gentibus fortunam dabat, illum diem lætiſſimus cogitabat, quo magnitudinem ſuam exueret. Ibid.

Exercitatio corporalis quam ſit vtilis.

Interdum quies inquieta eſt. Et ideo ad rerum actus exercitandi, ac tracta- Epiſt. 5. lib. 7.

tione bonarum artium occupandi ſumus, quoties nos malè habet inertia ſui impatiens. Nunquam vacat laſciuire diſtrictis: nihilque tam certum eſt, quam otij vitia negotio diſcuti.

Ibid. Otioſi videmur & non ſumus.

De inerti otio, nemo leuet criſtam.

Epiſt. 3. lib. 9. Gloriari otio, iners ambitio eſt. Optimum itaque eſt, non iactare otium ſuum. Iactandi autem genus eſt, nimis latere, & à conſpectu hominum ſecedere. Otium tibi commendo, in quo maiora agas & pulchriora, quam reliquiſti.

Otio non indulgendum.

Epi. 2. lib. 11. Ne indulgeas otio, ad quod vergis iners valetudo.

Epi. 5. lib. 11. Citò inerti otio vita torpebit.

Otium ſine literis mors.

Epi. 6. lib. 11. Otium ſine literis mors eſt, & hominis viui ſepultura.

Epiſt. 8 lib. 1. Vt prodeſſe pluribus poſſem, nullus mihi per otium dies exit, partem noctium ſtudijs vendico, & oculos vigilijs fatigatos, cadenteſque in opere detineo.

Relaxatio ingenij.

li. 1. declama. Excitatur otio vigor, & omnis triſtitia quæ continuatione pertinacis ſtudij adducitur, feriarum hilaritate diſcutitur.

Mollit viros otium.

Non

Non vides vt immota fax torpeſcat, & ignes exagitata reſtituat? Mollit viros otium, ferrum ſitu rubiginem ducit. Et Naſo dixit: Vidi ego iactatas mota face creſcere flammas. lib. 2. declamat. & 3. contro uerſ.

Honeſtior eſt quem ſenectus ad otium retulit, quam quem in otio inuenit, & tunc incipiat laborare. lib. de morib.

DE PARENTIBVS.

Cap. CLXII.

Parentes amandi.

Parentes ſuos non amare, impietas eſt: non agnoſcere, inſania. lib. 3. beneſi.

Parentibus parere virtus maxima.

Nulla vi verborum, nulla ingenij facultate exprimi poteſt, quantum opus ſit, quam laudabile, quāque nunquam à memoria hominū exiturum, poſſe hoc dicere. Parentibus malis parui, ceſſi imperio eorum, ſiue æquum, ſiue iniquum fuit, obſequentem ſubmiſſumque me præbui: ad hoc vnum contumax fui, ne beneficijs vincerer. Ibid.

Parentum in filiorum educationem ſtudium.

Non vides quemadmodum teneram liberorum infantiam, parētes ad ſalubrium rerum patientiam cogant. Fluentium corpora ac repugnātium, diligenti cura fouent, & ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura conſtringunt, & lib. 6. beneſi.

mox liberalia ſtudia inculcant, adhibito timore nolentibus, ad vltimum audacem iuuentutem frugalitati, pudori moribus bonis, ſi parum ſequitur, coaptant, & applicant: Adoleſcẽtibus quoque, ac iam potentibus ſui, ſi remedia metu, ac intemperantia reijciunt, ius adhibetur ac ſeruitus. Itaque beneficiorum maxima ſunt, quæ à parentibus accepimus, dum aut neſcimus, aut nolumus.

Pueri pedagogorum referunt mores.

lib. 2. de ira. Apud Platonem educatus puer, cũ ad parentes relatus, vociferantem videret patrem: Nunquam, inquit, hoc apud Platonem vidi. Non dubito quin citius patrem quam Platonem imitatus ſit. Vide etiam in titulo, Puer.

li 7. declam. Nunquam tam durus hoſtis fuit, vt parentis lachrymis non flecteretur.

In prouer. Ames parentem ſi æquus eſt, ſi aliter feras.

Ibid. Præſtabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem.

Ibid. Rectè parentem & inferiorem laudas, quia pertinet ad gloriam tuam.

DE PACE. CAP. CLXIII.

In foro & iudicio nulla pax.

li. 2. de ira. CVm videris forum multitudine refertum, & ſepta concurſu omnis frequentiæ plena: & illum circum in quo maximam ſui partem populus

oſtendit

oſtendit, hoc ſcito iſtud tandundem eſſe vitiorum; quantum hominum.

Pax quando fœlicior.

Fœlicior pax eſt nunquam laceſſita, quam multo reparata ſanguine. Epiſt. 1. lib. 9.

Multi ſunt quibus pax operoſior bello eſt. Epiſt. 4 lib. 10.

Pacem cum hominibus habebis, cũ vitijs bellum. libr. de morib.

DE PATIENTIA.

CAP. CLXIV.

AD contemnendam malorum potentiam animus patientia peruenit. lib de diuina proui.

Quod fuit durum pati.
Meminiſſe dulce eſt. In Hercule furẽte.

DE PAVPERTATE.

CAP. CLXV.

PAupertas tolerabilis eſt, ſi ignominia ei abſit, quæ ſola opprimere animos ſolet. lib. de cõſol. ad Albinã.

Sera parſimonia in fundo.

Non puto pauperem, cui quantulumcunque ſuper eſt, ſat eſt. Tu tamẽ malo ſerues tua, & bono tempore vti incipias. Nam vt viſum eſt noſtris maioribus. Sera parſimonia in fundo eſt. Non enim tantum minimum in imo, ſed peſſimum remanet. Epi. 1. libr. 1.

Læta paupertas, diuitiæ ſunt.

Honeſta, inquit Epicurus res eſt, læta paupertas. Illa vero non eſt pau- Epi. 2. lib. 1.

pertas, ſi læta eſt. Cui enim cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Non qui parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat; quantum paſcat, aut fœneret: ſi alieno imminet, ſi non acquiſita, ſed acquirenda computat? Quis ſit diuitiarum modus quæris? Primus, habere ꝙ neceſſe eſt, proximus, quod ſat eſt.

Diues quis.

Epiſt. 4. lib. 1. Cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt.

Magnæ diuitiæ ſunt, lege naturæ compoſita paupertas.

Epiſt. 5. lib. 2. Paupertas contenta eſt deſiderijs inſtantibus ſatisfacere.

Ibid. Si vis vacare animo, aut pauper ſis oportet, aut pauperi ſimilis. Non poteſt ſtudium ſalutare fieri, ſine frugalitatis cura: frugalitas autem paupertas voluntaria eſt.

Dignus eſt Deo qui opes contemnit.

Nemo alius eſt Deo dignus, quam qui opes contempſit: quarum poſſeſſione tibi non interdico, ſed efficere volo, vt illas intr[illegible] pi[illegible]è poſſideas: quod vno cor ſequeris mo[illegible]o, ſi te etiam ſine i[illegible]lis beatè vict[illegible]rum perſuaſeris tibi, ſi illas tanquam exituras ſemper aſpexeris.

Epiſt. 6. lib. 2.

In die bonorum, memor eſto malorum.

Exer-

Exerceamur ad paululum, & ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, ſi ſcierimus, quam non ſit graue pauperes eſſe. Interponas igitur aliquot dies, quibus contentus minimo ac viliſſimo cibo, dura atque horrida veſte, dicas tibi: hoc eſt, quod timebatur. In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparet, & contra iniurias fortunæ, inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit ſine vllo hoſte, vallum iacet, & ſuperuacuo labore laſſatur, vt ſufficere neceſſario poſſit. Quem in ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. Hoc ſecuti ſunt, qui omnibus menſibus paupertatem imitati propè ad inopiam acceſſerunt: ne vnquam expaueſcerent, quod ſæpe didiciſſent.

Pauper vbiq; ſecurus.

Magnus eſt ille qui in diuitijs pauper eſt. Sed ſecurior, qui caret diuitijs. Epiſt. 1. lib 3.

Paupertas quid. Epiſt.

Paupertas eſt non quæ pauca poſſidet, ſed quæ multa non poſſidet. Ita non ab eo dicitur quod habet, ſed ab eo quod ei deeſt. Ergo non video quid aliud ſit paupertas, quam parua poſſeſſio. 2. li. 13.

Deſũt inopię multa, auaritię omnia. Epiſt.
Is minimo eget, qui minimum cupit. 1. li. 19.

Quod

Ibid. Quod vult habet, qui velle quod ſatis eſt, poteſt.

Paupertas hac tempeſtate hominibus dedecori datur.

Epiſt. 1. li. 21. Eò mores redacti ſunt, vt paupertas maledicto probroque ſit: contempta diuitibus, inuiſa pauperibus.

Quod ſatis eſt, multum eſt.

Epi. 5. lib. 21. Quantulumcunque eſt, ſatis erit, ſi quicquid deerit, id à nobis petierimus Nunquam parum eſt, quod ſatis eſt.

Epi. 4. li. 22. Nunquam ſatis eſt, quod multum.

lib. de diuin. proui. Paupertas nulli malum eſt, niſi repugnanti.

Nemo tam pauper viuit, quam natus eſt.

Auibus nihil deeſt.

l. de remed. fortuit. Nihil deeſt auibus. Pecora in diem viunnt. Feris ad alimenta ſollicitudo ſua ſufficit.

lib. de morib. Quis eſt pauper? qui ſibi videtur.

In Octauia.
Bene paupertas
Humili tecto contecta latet.

In Hippolyto.
Quatiunt alta ſæpe procellæ,
Aut euertit fortuna domos.
Non capit vnquam magnos motus

In Hercule œteo.
Humilis tecti plebea domus,
Circa regna tonat.
Nec ſibi fœlix pauper habetur.
Niſi fœlices cecidiſſe videt.

In prouer.

DE PATRIA. CAP. CLXVI.

Patria eſt, vbicunque bene.

DE

DE PERFECTO.

CAP. CLXVII.

Nihil eſt ſimul & inuentum & perfectum.

NVlla res conſummata eſt, dum lib. 6.
incipit: quia longè ſemper à natur.
perfecto fuere principia. quæſt.

Tardè magna proueniunt. lib. 7.

DE PECCATO. natur.

CAP. CLXVIII. quæſt.

ALiena vitia in oculis habemus, à lib. 2.
tergo noſtra ſunt. de ira.

Cætera vitia impellunt animos, ira lib. 3.
præcipitat. de ira.

Sapiens etiam interdum delinquit.

Neminem eſſe tam circumſpectũ, Ibid.
cuius non diligentia aliquando ſibiipſi excidat. Neminem tam maturum, cuius nõ grauitatem in aliquod feruidius factum caſus impingat. Neminem tam timidum offenſarum, qui non in illas dum vitat, incidat.

Omnes mali ſumus. Quicquid itaque in alio reprehenditur, id vnuſquiſq; in ſuo ſinu inueniet. Nam mali inter malos viuimus. Vna res nos facere poteſt quietos, mutuæ facilitatis conuentio. Ibid.

Peccantium multitudo parit errori patrocinium.

Facit conſuetudinẽ peccandi, mul- li. 1. de
titudo peccantium. Et minus grauis ciem.
nota

nota eſt, quam turba damnationum leuat.

Ibid. Verecundiam peccandi, facit ipſa clementia regentis.

Rumor fulgi pias mentes inficit.

libr. de vita beata. Nulla res nos maioribus malis, implicat, quam quod ad rumorem componimur.

adGal. *Nullo peccato fœdatum decet eſſe virum, qui crimina carpet.*

li.1.de ira. Non oportet peccata corrigere, peccantem.

Vitia in ipſo ortu ſuccidenda.

lib. de cōſola. Quemadmodum omnia vitia penitus infidunt, niſi dum ſurgunt oppreſſa fuerint: ita quoque triſtitia & miſeria, & in ſe ſæuientia ipſa nouiſſimè acerbitate paſcuntur, & fit infœlicis animi, praua voluptas dolor.

Epiſt. 9 lib.3. Non multum prodeſt vitia ſua proieciſſe, ſi cum alienis rixandum eſt.

Peccati cognitio, initium ſalutis

Ibid. Initiū eſt ſalutis, notitia peccati. Nā qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult.

Vitiorum occaſiones præfligandæ.

Epiſt. 1. lib.7. In vitia alter alterum trudimus.

Non tantum corpori, ſed etiā moribus ſalubrem locum eligere debemus. Quemadmodum inter tortores habitare nolim, ſic nec inter popinas quidem videre ebrios per littora errantes, & comeſſationes nauigantium,

ſtm, & ſymphoniarum cantibus perſtrepentes lacus, & alia quæ velut ſoluta legibus luxuria, non tãtum peccat, ſed publicat. Quid neceſſe eſt? Id agere debemus, vt irritamenta vitiorũ quam longiſſimè profugiamus. Indurandus eſt animus, & a blandimentis voluptatum procul abſtrahendus. Ibid.

Satis diu cum Bais litigauimus, nũquam ſatis cum vitijs: quæ oro te perſequere ſine modo, ſine fine. Nam illis quoque nec finis eſt, nec modus. In hoc autem nos amplectũtur, vt ſtrangulent.

Vitia in aperto leuiora ſunt. Epiſt. 5. lib. 1

Omnia vitia in aperto leuiora ſunt, morbi quoque tunc ad ſanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt, ac vim ſuam proferunt. Et auaritiam & ambitionem, & cætera mala mentis humanæ, tunc pernicioſiſſima ſcias eſſe, cum ſimulata ſanitate ſubſidunt.

Occaſiones vitiorum profligandæ. Epiſt. 4. lib. 9

Quemadmodum qui amorẽ exuere conatur, euitãda eſt omnis admonitio dilecti corporis. Nihil. n. facilius quã amor recrudeſcit: Ita qui deponere vult deſideria rerum omnium, quarũ cupiditate flagrauit, & oculos, & aures ab his quæ reliquit, auertat. Citò rebellat affectus, quocunque ſe verte-

verterit, pretium aliquod præſens occupationis ſuæ inueniet. Nullum ſine auctoritamento malum eſt.

Vitia mentis humanæ inueterata non facile vincuntur.

Tigres, Leoneſque nunquam feritatem exuunt, aliquando ſubmittũt: & cum minimè expectaueris, exaſperatur toruitas mitigata; ſic vitia nunquam bona fide manſueſcunt. Deinde ſi ratio proficit, ne incipient quidem affectus: ſi inuita ratione cœperint, inuita perſeuerabunt. Facilius eſt enim initia illorum prohibere, quam impetum regere. Falſa eſt vtique iſta mediocritas & inutilis, eodemque loco habenda, quo ſi quis diceret modicè inſaniendum, modicè ægrotandum.

Ibid. Non recipiunt animi mala temperamentum: facilius ſuſtuleris illa, quã rexeris.

Natura ſine labe creata.

Epiſt. 6 lib. 14. Nulli nos vitio natura conciliat: illa liberos ac integros genuit.

Vitia ſubmouenda.

Ibid. Si vis exercere tibi vtile, nullius grauari imperio ſubmoue vitia.

Vitijs ſimplicibus, obſtant remedia ſimplicia.

Epi. 1. li. 15. Olim poterant vitijs ſimplicibus, obſtare remedia ſimplicia. Nunc neceſſe

ceſſe eſt tantò operioſiora eſſe munimenta, quantò valẽtiora ſunt quibus petimur.

Conſuetudo praua latam inducit peccandi inuerecundiam.

Ad deteriora faciles ſumus: nec vlla ætás vacat à culpa. Non pronum iter eſt tantum ad vitia, ſed præceps: & quod pleroſque inemendabiles facit. Omnium aliarum artium peccata, artificibus pudori ſunt, offenduntque, dum errantem vitę peccata delectant. Non gaudet nauigio gubernator euerſo: non gaudet ægro, medicus elato: non gaudet orator, ſi patroni culpa reus cecidit. At contra, omnibus crimen ſuum voluptati eſt. Lætatur ille adulterio, in quod irritatus eſt ipſa difficultate: lætatur ille circumſcriptione furti. Omnes peccata diſſimulant, & quam fœliciter ceſſerint, fruct u illorũ vtuntur ipſa ſubducunt. Epi. 8. lib. 16.

Peccata qui amat ſua, defendit.

Vitia noſtra, quia amamus, defendimus: & malumus excuſare illa, quã excutere. Epi. 21 lib. 21.

Vitia virtutibus ſunt confinia.

Mala interdum ſpeciem honeſti obtulerunt, & optimum ex contrario nituit. Sunt enim vt ſcis virtutibus vitia confinia: & perditis quoque ac turpibus recti ſimilitudo eſt. Sic mentitur prodi- Epi. 1. lib. 22.

prodigus ſe liberalem, cum plurimum intersit, vtrum quis dare ſciat, an ſeruare neſciat. Multi inquam, ſunt qui non donant, ſed proijciunt. Non voco ego liberalem pecuniæ ſuæ iratum. Imitatur negligentia facilitatem: temeritas fortitudinem, &c.

Vitium quibus.

Epi. 5. lib. 22. Nulli vitium eſt, niſi cui virtus poteſt eſſe.

lib. 3. natur. quæſt. Nulla eſt maior victoria, vitia domuiſſe.

Ad vitia plana eſt via, ad virtutes ardua.

Ibid. Citò nequitia ſubrepit: virtus difficilis inuentu eſt, rectorem ducemq; deſiderat: etiam ſine magiſtro, vitia diſcuntur.

lib. 2. declamat. Nemo vitia quæ odit, imitatur.

Non coercet vitia, qui prouocat.

Hoc æquè omnium eſt, vt vitia ſua excuſare malint, quam effugere.

li. 7. declam. Non ſemper ſcelera noſtri iuris ſunt, & truces quoſque animos miſericors natura debilitat.

l. 2. cõtrou.

Ibid. & 3. cõtrou. Magnis ſceleribus iura naturæ intereunt.

Nemo ſine vitio eſt.

Nemo vitia quæ odit, imitatur.

Nemo coercet vitia, qui prouocat.

Turpè eſt caſtigare vitia, vt imiteris.

Aliorum vitia non curioſè indaganda.

Lib. de Eſto vitiorum fugax ipſe, aliorum neque

neque curioſus ſcrutator, neque acerbus reprehenſor, ſed ſine reprobatione correptor: ita vt admonitionem hilaritate præuenias. & errori facilè veniam dato: nec extollas quenquam, neque deijcias. quatu. virtut.

Bis peccat, cum peccanti obſequium accommodas. In prouer.

Bonus animus nunquam erranti obſequium accommodat. Ibid.

Conſueta vitia ferimus, niſi reprehendimus. Ibid.

Cum vitia proſunt, peccat qui rectè facit. Ibid.

Difficilem oportet habere aurem ad crimina. Ibid.

Graue crimen etiam cum dictum eſt leuiter, nocet. Ibid.

Inuitat culpam, qui peccatum prętcrit. Ibid.

Impunè peccat in eum, qui qeccat rarior. Ibid.

Maledictum interpretando, facies acrius. Ibid.

Peccandi duo ſunt genera, aliud ex propoſito, aliud ex negligentia. Ibid.

Pleriq; metu ceſſant peccare, non innocentia profectò tales timidi, non innocentes ſunt dicendi. Ibid.

Nihil intereſt quo animo facias, quod feciſſe vitioſum eſt. Ibid.

Nunquam ſcelus ſcelere vidicandum eſt.

Omne

Ibid. Omne peccatum eſt actio: omnis actio eſt volũtaria, tam honeſta, quam turpis: omne ergo peccatum voluntarium eſt.

Ibid. Omitte excuſationem, nemo peccat inuitus.

Ibid. Omne vitium habet patrocinium ſuum.

Ibid. Odium oportet peccandi non metum facias.

Ibid. Si bene te inſtitueris, pudeat te fieri deteriorem.

Ibid. Seueriſſimè nos aduerſum peccantes gerimus, & ipſi eadem committimus.

Ibid. Vide ſi adhuc malus es, ſi ſimilibus parce: verus eſſe deſtitiſti, quare alijs locum emendationis abſcidas?

Ibid. Vitium prius fuit obſeruatio, nunc mos eſt.

In Hippolyto. *Tutum eſſe facinus credis, & vacuum metu,*
Erras.

In Oeteo. *Haud eſt nocens, quicunque non ſponte eſt nocens.*

In Agamemn. *Quem pœnitet peccaſſe penè eſt innocens.*

In Hippolyto. *Obſtare primum eſt, velle nec labi vi,*
Pudor eſt ſecundus, noſſe peccandi modum.

In Agamemn. *Capienda rebus in malis præceps via eſt.*

Peccatores maximi non ſunt leuiter puniendi.

Pectora tantis obſeſſa malis In Hercule furente.
Non ſunt ictu ferienda leui.

Qui nõ vetat peccare cũ poſſit, iubet. In Troade.
Quid iuſſa ceſſas agere? ad authores redit

Sceleris coacti culpa. Ibid.

Sæpe in magiſtrum ſcelera redierũt ſua. In Thyeſte.

Cur omnium ſit culpa paucarum ſcelus? In Hippolyt.

DE PEREGRINATIONE.

CAP. CLXIX.

Cœlum mutat, non animum, qui trans mare currit.

ANimum debes mutare, non cœlum, licet vaſtum traieceris mare (licet vt ait Virgilius noſter) terræq; vrbeſque recedant, ſequentur te quocunque perueneris vitia. Hoc idem quærenti cuidam Socrates ait: quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodeſſe, cum te circumferas. Præmit te eadem cauſa, quę expulit. Quid terrarũ iuuare nouitas poteſt? Quid cognitio vrbium, aut locorum? In irritum cedit iſta iactatio. Quicquid facis, cõtra te facis, & motu ipſo noces tibi, ægrum enim concutis. Quæris quare te fuga iſta non adiuuet? tecum fugis. Onus animi deponendum eſt: non ante tibi vllus placebit locus. At cum iſtud exemeris malum, omnis mutatio Epi. 9. lib. 3.

O loci

loci iucunda fiet. In vltimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariæ angulo colloceris, hoſpitalis tibi illa qualiſcunque ſedes erit. Magis quis veneris, quam quo intereſt. Non peregrinaris, ſed erras, & ageris, ac locũ ex loco mutas: cum illud quod quæris bene viuere, omni loco poſitum ſit.

Ibid. Vt loca grauia etiam firmiſſimam valetudinem tentant: ita quoque bonæ menti, necdum adhuc perfectæ, & conualeſcenti, ſunt aliqua parum ſalubria.

Peregrinatio meliores non efficit.

Epiſt. l. ii. 18. Ille qui regiones eligit, & otium captat vbiq; quo ſtringatur inueniet. Nam Socratem quærenti cuidam, ꝙ nihil ſibi peregrinationes profuiſſent, reſpondiſſe ferunt: Non immeritò id tibi euenit, tecum enim peregrinaberis. Quid prodeſt mare traijcere, & vrbes mutare? Si vis iſta quibus vrgeris effugere, non alibi ſis oportet, ſed alius. Quid enim per ſe peregrinatio prodeſſe cuiquam potuit? Non voluptates illa temperauit, non cupiditates refrenauit non iras repreſſit, non indomitos amoris impetus fregit, nulla denique animo mala eduxit, non iudicium dedit, non excuſſit errorem ſed vt puerum ignora mirantem, ad breue tempus rerum aliqua nouitate detinuit.

detinuit. Cęterũ inconſtantiã mentis; quæ maximè ægra eſt laceſſit, mobiliorem, leuiorémq; reddit ipſa iactatio.

Peregrinatio non facit medicum, non oratorem. Ibid.

DE PECVNIA.

CAP. CLXX.

Modus pecuniæ quis.

O Primus pecuniæ modus eſt, qui nec in paupertatem cadit: nec procul à paupertate diſcedit. lib. 1 de trãquil. vitæ.

Pecunia fons diſcordiarum.

Circa pecuniam plurimum vociferationis eſt. Hæc fora defatigat, patres, liberoſque committit, Venena miſcet, Gladios tam percuſſoribus, quam legionibus tradit. Hæc eſt ſanguine noſtro delibuta. Propter hanc vxores, maritique nocte ſtrepunt litibus, & tribunalia magiſtratuum premit turba: Reges ſæuiunt, rapiunt: & ciuitates lõgo ſęculorum labore conſtructas euertunt, vt aurum, argentũque in cinere vrbium ſcrutentur. lib. 3. de ira.

Glorioſa temporis eſt parſimonia.

Nemo inuenitur qui pecuniam ſuam diuidere velit: vitam verò vnuſquiſq; quam multis diſtribuit. Aſtricti ſunt in continendo patrimonio: Simul ad temporis iacturam ventum eſt, profuſiſſimi in eo cuius vnius honeſta auaritia eſt. libr. de breuit. vitæ.

Quod non opus eſt, eſſe carum eſt.

Epi. 6. lib. 14. Emas non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt. Quod non opus eſt, aſſe charum eſt.

Epi. 1. lib. 17. Pecunia circa paupertatem plurimum amorẽ habet, dum ex illa erepat.

Pecunia velut vnicum vitæ decus ornamentumq́ laudatur.

Epi. 1. lib. 21. Pecunia ex quo in honore eſſe cœpit, verus rerum honor cecidit: mercatoreſque & venales inuicem facti quærimus, non quale ſit quid, ſed quanti. Ad mercedem pij ſumus, ad miſericordiam impij. Et honeſta quãdiu ſpes ineſt, ſequimur: in cõtrarium tranſituri, ſi plus ſcelera promitterẽt. Admirationem nobis parentes auri argentique fecerunt: & teneris infuſa cupiditas altius ſedit, creuitque nobiſcum. Deinde totus populus in alia diſcors, in hoc conuenit, hoc ſuſcipiunt, hoc ſuis optant, hoc Dijs velut rerum humanarũ, maximè cum grati videri volunt, conſecrant. Denique eò mores redacti ſunt, vt paupertas maledicto, probroque ſit: contempta diuitibus, inuiſa pauperibus. Sine me vocari peſſimum, vt diues vocer. An diues, an bonus nemo. Omnes quærimus, non quare, & vnde: quid habes tantum rogant. Vbique tanti quiſque quantum habuit, fuit. Quid habere nobis

nobis turpe ſit; quęris? Nihil aut diues opto viuere, aut pauper mori. Bene moritur quiſque, dum lucrum facit. Pecunia ingēs generis humāni bonū.

Cūi non voluptas matris, aut blandæ poteſt par eſſe prolis. Non ſocer meritis parēs, tam dulce ſi quid venerit in vultu, micat. Meritò illa mores cœlitum, atque hominum mouet.

Maiore tormento pecunia poſſidetur, quàm quæritur. Ibid.

Neminem pecunia diuitem fecit. Imò contra, nulli non maiorem ſui cupiditatem excuſſit. Epi. 5. li. 21.

Pecunia mater diſcordiarum.

Noli pecuniam concupiſcere, quid tibi dicam? Hæc eſt quæ auget diſcordiam. Vrbes & terrarum orbes in bellum agitat: humanum genus cognatū naturæ in fraudes & ſcelera mutua inſtigat. Hæc eſt quæ ſenes corrumpit. lib. 5. cōtrouerſ.

Pecunia non ſatiat auaritiam, ſed irritat. lib. de morib.

Bona opinio homini tutior eſt pecunia. In prouer.

Bona, imperāte anima, eſt pecunia. Ibid.

Pecunię imperare oportet, non ſeruire. Ibid.

Pecunia ſi vti ſcias, ancilla eſt: ſi neſcias, domina eſt. Ibid.

Venenum in auro bibitur, expertus loquor. In Thyeſte.

DE PHILOSOPHIA.

CAP. CLXXI.

Libr. 1. de tranquil. vitæ. NVnciato naufragio, Zeno noſter, cum omnia ſua audiret ſubmerſa: Iubet, inquit, me fortuna expeditius philoſophari.

Philoſophia exigit frugalitatem.

Epi. 5. libr. 1. Satis ipſum nomen philoſophiæ, etiamſi modeſtè tractetur, inuidioſum eſt.

Ibid. Frugalitatem exigit philoſophia, non pœnam.

Philoſophiæ laus.

Epiſt. 2. lib. 2. Literæ hæ quas philoſophiam vocamus, non dico apud bonos, ſed apud mediocriter malos, Inſularum loco ſunt. Nam forenſis eloquētia, & quæcunque alia populum quæ mouent, aduerſarium habent. Hæc quieta, & ſui negotij contemni non poteſt: cui ab omnibus artibus, etiam apud peſſimos honor eſt. Nunquam intantum conualeſcet nequitia, nunquam ſic contra virtutes coniurabitur, vt non philoſophiæ nomen venerabile & ſacrum maneat.

Philoſophia bonam vitam docet.

Epi. 4. li. 2. Non eſt philoſophia populare artificium, nec oſtentationi paratum. Non in verbis, ſed in rebus eſt. Nec in hoc adhibetur, vt aliqua oblectatione conſumatur dies, vt dematur otio nauſea.

nauſea. Animum format & fabricat, vitam diſponit, actiones regit: agenda & omittenda demonſtrat: ſed & gubernaculum eſt, & per ancipitia fluctantium dirigit curſum, ſine hac nemo ſecurus eſt.

Propter philoſophiæ ſtudium etiam fames eſt toleranda.

Non eſt quod paupertas nos à philoſophia reuocet, ne egeſtas quidem. Toleranda eſt enim ad hoc properantibus vel fames: quam tolerauêre quidam in obſidionibus, & quod aliud erat illius patientiæ præmium, quam in arbitriũ non cadere victoris? Quãto hoc maius eſt, quo promittitur perpetua libertas, nullius nec hominis, nec Dei timor? Equidem vel eſurienti ad iſta veniendum eſt. Perpeſſi ſunt exercitus inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus: & dictu fœdam tulerunt famem. Hæc omnia paſſi ſunt pro regno (quo magis mireris) alieno. Dubitabit quis ferre paupertatem, vt animũ furoribus liberet? Epi. 5. lib. 2.

Concordia doctrinæ & vitæ.

Illud mi Lucili te rogo atque hortor, vt philoſophiam in pręcordia ima demittas, & experimentum tui profectus capias: non oratione, nec ſcripto: ſed animi firmitate, & cupiditatum diminutione, verba rebus proba. Epi 1. lib. 3.

Ibid. Facere docet philoſophia, non dicere: & hoc exigit, vt ad legem ſuam quiſque viuat, ne orationi vita diſſentiat: vt ipſa inter ſe vita vnius ſine omnium actionũ diſſentione coloris ſit.

Ibid. Vnam ſemel ad quam viuas regulam prende: & ad hanc omnem vitam tuam exæqua. Huc cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta.

Philoſophia nobilitat.

Epi. 9. lib. 5. Bona mens omnibus patet, omnes ad hoc ſumus nobiles. Nec reijcit quẽpiam philoſophia. Platonem non accepit nobilem philoſophia, ſed fecit.

Philoſophia vis magna.

Epi. 3. li. 7. Incredibilis philoſophiæ vis eſt, ad omnem fortuitam vim retundendam: Nullum telum in corpore eius ſedet, munita eſt: ſolida quædam defatigat, & veluti læuia tela laxo ſinu elidit: quædam diſcutit, & in eum vſque qui miſerat, reſpuit.

Socrates totam Philoſophiam reuocauit ad mores.

Epi. 2. lib. 10. Socrates, qui totam philoſophiam reuocauit ad mores, Hanc ſummam dixit eſſe ſapientiam, bona, malaque diſtinguere. Sequere, inquit, illos, ſi quid habeo apud te auctoritatis, vt ſis beatus, & te alicui ſtultum videri ſine. Quiſquis volet tibi cõtumeliam facere, faciat & iniuriam: tu tamen nihil

nihil patieris, ſi modò tecum erit virtus. Si vis, inquit, beatus eſſe, ſi fide bona vir bonus, ſiue contemnat te aliquis, hoc nemo prȩſtabit, niſi qui omnia bona exæquauerit: quia nec bonum ſine honeſto eſt, & honeſtum in omnibus par eſt.

Nullum tempus philoſophiæ canditatis nimis longum.

Philoſophiæ nullum tempus ſatis magnum eſt, etiamſi à pueritia vſque ad longiſſimos humani æui terminos vita potenditur. Tempus quidem nullum eſt parum idoneum ſtudio ſalutari, atqui multi inter illa non ſtudent, propter quæ foret ſtudendum. Epi. 3. lib. 10.

Sapientiæ & philoſophiæ diffinitio.

Inter ſapientiam & philoſophiam quid interſit, dicam: Sapientia perfectum bonum eſt mentis humanæ Philoſophia ſapientiæ amor eſt & affectatio: hæc oſtendit, quo illa peruenit Epi. 1. lib. 14.

Philoſophiæ partes tres.

Philoſophię tres partes eſſe dixerunt, & maximi & plurimi authores. Moralem, Naturalem, & Rationalem. Prima componit animum. Secunda rerum naturam ſcrutatur, Tertia proprietates verborũ exigit, & ſtructurã, & argumentationes, ne pro vero falſa ſubrepant. Quidam ex Peripateticis quartam partem adiecerũt, Ciuilem. Ibid.

Munus Dei eſt bene viuere.

Epi. 2. lib. 14. Quis dubitare poteſt, quin Deorũ immortalium munus ſit, quod viuimus: Philoſophię quod bene viuimus. Itaque tanto plus nos debere huic, quam Dijs, quanto magis eſt beneficium bona vita, quam vita.

Philoſophia quid.

Epi. 6. Quid philoſophia, niſi vitæ lex eſt?

lib. 14. *Philoſophia abuſio.*

Epi 3. li. 18. Paucis opus eſt ad mentem bonam vti literis: ſed nos vt cætera in ſuperuacuum diffundimus, ita philoſophiã ipſam. Quemadmodum omnium rerum, ſic literarum quoque intemperantia laboramus. Non vitæ, ſed philoſophiæ diſcimus.

Philoſophiæ vis.

Epi. 1. lib. 19. Attalus ait: Idem & docenti & diſcenti debet eſſe propoſitum, vt ille prodeſſe velit, hic proficere. Qui ad philoſophorum ſcholas quotidie venit, ſecum aliquid boni ferat, aut ſanior domum redeat, neceſſe eſt. Ea autem philoſophiæ vis eſt, vt nõ ſtudentes, ſed etiam conuerſantes iuuet. Qui in ſolem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur. Qui in vnguentaria taberna reſederunt, & paulò diutius commorati ſunt, odorem ſecum loci ferunt: Et qui apud philoſophum fuerunt, traxerint aliquid neceſſe eſt,

quod

quod prodeſſet etiam negligentibus.

Schola plurimis eſt diuerſorium otij.

Videmus plurimos quibus philoſophi ſchola diuerſorium otij ſit. Non id agunt, vt aliqua ibi vitia deponāt, vt aliquam legem vitæ accipiant, ad quam mores ſuos exigant: ſed vt oblectamento aurium perfruantur. Rapit illos, inſtigatque rerum pulchritudo, & verborum inanium ſonitus. Ibid.

Decus philoſophiæ eſt bene viuere, non callidè & argutè diſputare.

Illud admoneo auditorem philoſophorum, vt lectionem ad propoſitum beatæ vitæ trahat: non vt verba priſca aut ficta captet, & tranſlationes improbas, figuraſq; dicendi: ſed vt profutura præcepta, & magnificas voces, & animoſas, quæ mox in rem transferantur. Sic iſta diſcamus, vt quæ fuerunt verba, ſint opera. Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus iudico; quam qui philoſophiam, velut aliquod artificium venale didicerunt: qui aliter viuunt, quam viuendum eſſe præcipiunt. Ibid.

DE PRÆCEPTO.

CAP. CLXXII.

Præcepta ſapienti pauca ſufficiunt.

EGregiè hoc dicere Demetrius Cynicus vir meo iudicio magnus etiamſi maximus comperitur, ſolet lib 7. beneſi.

plus prodeſſe ſi pauca præcepta ſapientiæ teneas, ſed illa in promptu tibi, & in vſu ſint, quam ſi multa quidem didiceris, ſed illa non habeas ad manum. Quẽadmodum inquit, magnus luctator eſt, non qui omnes numeros, nexuſque perdiſcit, quorum vſus ſub aduerſario rarus eſt, ſed qui in vno ſe, aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occaſiones intentus ſpectat. Nec enim refert quam multa ſciat, ſi ſcit quantum victoriæ ſatis eſt. Sic in hoc ſtudio multa delectãt, pauca manent: licet neſcias, quæ ratio Oceanũ effundat ac reuocet.

Præcepta ſapientis certo clauduntur termino.

Epi. 6. lib. 14. Pręcepta dare ſcienti ſuperuacuum eſt, neſcienti parum.

Ibid. Sapientis præcepta finita eſſe debent, & certa: ſi qua finiri non poſſunt, extra ſapientiam ſunt. Sapientia rerum terminos nouit.

Præcepta & exempla ſecundum Pythagoram proſunt.

Ibid. Æquè præcepta bona, ſi ſæpè tecum ſint, profutura, quam bona exempla. Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, Deorumq; ſimulachra ex vicino cernentibus, & alicuius operiẽtibus vocem. Quis autem negauit feriri quibuſdã præceptis effica-

efficaciter, etiam imperitiſſimos, velut his breuiſſimis vocibus, ſed multũ habentibus ponderis? Nihil nimis. Auarus animus nullo ſatiatur lucro. Ab alio expectes, alteri quod feceris. Hęc cum ictu quodam audimus: nec vlli licet interrogare, quare? adeo etiam ſine ratione ipſa veritas ducit. Si reuerentia frenat animos, aut vitia compeſcit: cur non admonitio idem poſſit? Si imponit pudorem caſtigatio, cur admonitio non faciat? etiamſi nudis præceptis vtimur?

DE PRÆCIPVO.
CAP. CLXXIII.

Præcipuum in homine quid.

QVid eſt præcipuum? Erigere animum ſupra minas & promiſcua fortunæ. Nihil dignum putare, quod ſperes. Quid eſt præcipuum? poſſe læto animo aduerſa tolerare, quicquid acciderit: ſic ferre, quaſi tibi volueris accidere. Quid eſt præcipuum? Animus contra calamitates fortis & contumax: luxurię non aduerſus tantum, ſed & infeſtus: nec auidus periculi, nec fugax, proſperitatem non expectans: ſed aduerſus vtrumque intrepidus & confiſus: nec illius tumultu, nec huius fulgore percuſſus. Quid eſt præcipuum? Non admittere in animo mala conſilia, puras ad cœlum manus tol-

libr. 3. natur. quæſt.

iere, nullum petere bonum, quod vt ad te tranſeat, aliquis poſſit dare, aliquis amittere: optare quod ſine aduerſario optatur bonam mentem. Quid eſt præcipuum? Altos ſupra fortunam ſpiritus hominis attollere. Meminiſſe, vt ſiue fœlix eris, ſcias hoc nō futurum diu: ſiue infœlix, ſcias hoc te non eſſe, niſi cum putes. Quid eſt præcipuum? In primis labris animam habere.

DE PERICVLO.
CAP. CLXXIV.

In prouerb. Citius venit periculum, cum contemnitur.

DE PIETATE.
CAP. CLXXV.

Ænea pietas quanta.

lib. 3. benefi. Vicit Æneas patrem, ipſe, cuius infantia leue, tutumq; geſtamen, grauem ſenio, per media hoſtium agmina, & per cadētis circa ſe orbis ruinas ferens. Cum complexus ſacra ac penates Deos religioſus ſenex non ſimplici vadentem ſarcina premeret, tulit illum per ignes. Et quid non pietas poteſt? pertulit, colendumque inter conditores Romani imperij poſuit.

Bonitas ſuper omnia vincit.

lib. 7. benefi. Vincit malos pertinax bonitas. Nec quiſquam tam duri, infeſtique aduerſus

ſus diligenda animi eſt, vt etiam vitiatus bonos non amet.

Ignoſcendum cuique facilè, nec maledicta maledictis retalianda.

Puſilli hominis & miſeri eſt, repetere mordentem, vt mures & formicę, ad quas ſi manum admoueris, ora cõuertunt. Imbecilla ſe lædi putant, ſi tanguntur. lib. 2. de ira.

Nulla vis maior pietate vera eſt.

DE PIGRITIA. CAP. CLXXVI.

Piger ſibiipſe obſtat. Epiſt. 6. li. 14.

DE PROFECTV. CAP. CLXXVII.

Pars magna profectus, velle proficere.

Nemo profectum ibi inuenit, vbi reliquerit. Inſtemus itaque & perſeueremus, pluſquam profligauimus reſtat: ſed magna pars eſt profectus, velle proficere. Epi. 2. lib. 10.

Tardè magna proueniunt. lib. 7. natur. quæſt.

DE POTENTIA. CAP. CLXXVIII.

Potentia magnatum, terret potius, quam nocet.

Vt flumina paucorũ periculo cadunt, omnium metu: Sic animaduerſiones magnarum poteſtatum terrent latius, quam nocent. li. 1. de clementia.

Poteſtas tyrannorum breuis.

Tyran-

li. 2. de clemẽtia. Tyrannorum execrabilis ac breuis poteſtas eſt.

lib. 3. de ira. Crudelitas nil aliud eſt, quam atrocitas animi in exigendis pœnis.

Sic animo æquiore feret ab aliquo lædi, ab aliquo contemni, cuicunque venit in mentem, nullam eſſe tantam potentiam, in quam non incurrat iniuria.

Epi. 2. lib. 2. Quibus poteſtas populi, &in populum data eſt, hos omnes amicos habere operoſum eſt, ſatis eſt inimicos non habere.

Epiſt. 6. li. 2. Mœcenatis dictum eſt: Attonita habent ſumma.

Potentia omnis breuis.

Epi. 3. Inuidioſa potentia ac breuis eſt.

lib. 9. Epi. 3. Non ſumus in vllius poteſtate, cũ mors in noſtra ſit.

lib. 14. li. 7. declam. Nihil tam ciuile, tam vtile, quam breuem poteſtatem eſſe, quæ magna eſt.

& 4 cõtrou. Non eſt inuidioſa poteſtas, quę miſericordia vincit.

li 3. cõtrou. Omnis nimia potentia ſaluberrimè in breuitate conſtringitur.

l. 4. cõtrou. lib. de moribus. Alteri te rei nõn imponas, in quam tibi ſtanti tremendum: aſcendenti cadendum ſit.

In prouerb. Quomodo optimè potentiam tuebor? impotentia occaſionis.

Si in clientelam fœlicis hominis,

potentiſque perueneris: aut veritas, aut amicitia perdenda eſt.

Anxius ſceptrum tenet, & mouentes
Cunctas diuitias, metuitque caſus In Thyeſte.
Mobiles rerum, dubiumque tempus.
Regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in præcipiti, In Agamemn.
Dubioque nimis excelſo loco,
Nunquam placidam ſceptra quietem,
Certumue ſui tenuère diem.
Alia ex alijs cura fatigat,
Vexatque animos noua tempeſtas.
Non ſic Libycis ſyrtibus æquor,
Furit alter nos voluere fluctus.
Tu quicunque es, qui ſceptra tenes In Hercule Oeteo.
Licèt omne tua vulgus in aula
Centum pariter limina pulſet,
Cum tot populis ſtipatus eas,
Cum tot populis vix vna fides,
Tenet auratum limen Erinnijs,
Et cum magnæ patuêre fores
Intrant fraudes, cautique doli.
Minimum licet libére, cui multum licet.

DE PROSPERITATE. CAP. CLXXIX.

Quæ nocent, docent,

MElius in malis ſapimus.
Secunda rectè auferunt.

Saluſtij ſententia eſt: Res ſecundæ miræ ſunt initijs obtentui, cũ ſit præcipua in Thucydide virtus breuitas.

Proſperitas ſit ſemper ſuſpecta tibi.

Cùm

lib. de quaut. virtut. Cùm tibi alludit vitæ proſperitas, tunc te velut in lubrico retinebis ac ſiſtes: nec tibi dabis impetus liberos, ſed circumſpicies quo eundum ſit, vel quouſque.

Proſperitas elatos efficit.

In Oedipo. *Res ſecundæ non habent vnquam modum.*

In Agamemn. *Proſpera animos efferunt.*

In Troade. *O tumide rerum dum ſecundarum ſtatus*
Extollit animos.

In Thyeſte. *Nemo confidat nimium ſecundis.*
Nemo deſperet meliora lapſis.
Miſcet hæc illis, prohibetq́ Clotho
Stare fortunam rotat omne fatum.

DE PLVVIA.

CAP. CLXXX.

lib. 4. natur. quæſt. Tibi affirmo, nullam pluuiam eſſe tam magnam, quæ terram vltra decem pedes, in altitudinem madefaciat. Omnis humor inter primã cruſtam conſumitur, nec in inferiora deſcendit.

DE PRVDENTIA.

CAP. CLXXXI.

Prudentia ad beatam vitam ducit.

Epiſt. 3. lib. 12 QVi prudens eſt, & temperans eſt. Qui temperans eſt, & conſtans. Qui conſtans, & imperturbatus eſt. Qui imperturbatus eſt, ſine triſtitia eſt. Qui ſine triſtitia eſt, beatus eſt: Ergo

Ergo prudens beatus, & prudentia ad beatam vitam ſatis eſt.

Sapiens ſemper ſui ſit ſimilis.

Si prudentiam amplecteris, vbique idem eris: & prout rerum ac temporum varietas exigit, ea accommodes ipſi: nec te in aliquibus mutes, ſed potius aptes, ſicut manus quæ eadem eſt cum in palmam extenditur, & cum in pugnum aſtringitur. li.de 4. virtut.

Prudentis hominis proprietas.

Prudentis proprium eſt examinare conſilia: & non cito facili credulitate ad falſa prolabi. Ibid.

Prudens fallere non vult, falli non poteſt. Cuiuſcunque facti cauſam requirit: & cum initia inuenerit, exitus cogitat. Ibid.

Prudens nunquã otio marcet. Habet autem aliquando remiſſum animum, nunquam ſolutum. Ibid.

Prudens animum aptat tribus temporibus.

Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur. Præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare. Nam qui nihil de præterito cogitat, perdet vitam: qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. Proponas in animo tuo futura mala & bona: vt illa ſuſtinere poſſis, & iſta moderari. Ibid.

DE

DE POENA. CAP. CLXXXII.

Teſtudo quando ſine pœna.

Epiſt. 2. li. 22. NVllum tormentum ſentit ſupina teſtudo.

lib. de morib. Satis eſt pœnarum, potuiſſe puniri.

In prouerb. Grauis animi pœna eſt, quem poſt factum pœnitet.

DE PVERITIA. CAP. CLXXXIII.

Pueri bene à cunalibus inſtituendi.

li. 2. de ira. EDucatio puerorum maximam diligentiam deſiderat. Facile eſt enim teneros adhuc animos componere. Difficulter reciduntur vitia, quæ nobiſcum creuerunt.

Puer à vini vſu abſtineat.

Ibid. Calentibus ingenijs ſubtrahatur vinum, quod pueris Plato negandum putat, & ignẽ vetat igne incitari. Nec cibis quidem implendi ſunt: diſtendentur enim corpora, & animi cum corpore tumeſcet. Labor illos citra laſſitudinem exerceat, vt minuatur, & non vt conſumatur calor, nimiuſque ille feruor diſpumet. Luſus quoque proderunt. Modica enim voluptas laxat animos & temperat. Plurimum, inquam, proderit pueros ſtatim ſalubriter inſtitui.

Pueri pædagogorum referunt mores.

Apud Platonem educatus puer, cũ ad parentes relatus, vociferantem videret

deret patrem. Nunquam, inquit, hoc apud Platonem vidi. Nō dubito quin citius patrem quam Platonem imitatus ſit.

Educatio mollis, eſt iracundiæ fomes.

Nihil magis fecit iracundos, quam educatio mollis & blanda. Ideo vincis quo plus indulgetur, pupilliſque quo plus licet, eo corruptior animus eſt. Non reſiſtet offenſis, cui nihil vnquā negatum eſt: cui lachrymas ſollicita ſemper mater abſterſit, cui de pædagogo ſatisfactum eſt. Non vides vt maiorem quamque ſortunam, maior ira comitetur. In diuitibus, nobilibuſq;, & magiſtratibus præcipuè apparet: cū quicquid leue & inane in animo erat, ſecunda ſe aura ſuſtulit. Ibid.

Gaudium exultatio, exultationem tumor, & nimia æſtimatio ſui ſequitur.

Puerorum educatio maximam requirit diligentiam.

Longè ab aſſentatione pueritia remouenda eſt. Audiat verum & timeat: interim vereatur, ſemper maioribus aſſurgat Quod flēti negatum fuerat quieto offeratur: & diuitias parentū, in conſpectu habeat, non in vſu. Exprobrentur illi perperam facta. Pertinebit ad rem, præceptores, pædagogoſque pueris placidos dari. Proximis Libr. 2 de ira.

appli-

applicatur omne quod tenerum eſt, & in eorum ſimilitudinem creſcit. Nutricum & pædagogorum retulere mox in adoleſcentia mores.

Senes pueri moribus.

Epiſt. 4. lib. 1. Adhuc non pueritia in nobis, ſed quod eſt grauius, puerilitas remanet. Et hoc quidem peius eſt, quod auctoritatem habemus ſenum, vitia puerorum: nec puerorum tantum, ſed infantium.

Epiſt. 1. lib. 5. Ariſton aiebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quam hilarem & amabilem turbæ. Vinum enim fieri bonum quod recens durum & aſperum viſum eſt: non pati ætatem, quod in dolio placuit.

Pueri egent inſtructore.

Epiſt. 6. li. 14. Pueri ad præſcriptum diſcunt, digiti illorum tenentur, & aliena manu per literarum ſimulachra ducuntur, deinde imitari iubentur propoſita, & ad illa reformare chirographum: Sic animus noſter dum eruditur ad præſcriptum, iuuatur.

Ingenia puerorum magis flexibilia.

Facillimè tenera conciliantur ingenia ad honeſti, rectiq; amorem. Adhuc debilibus, leuiterq; corruptis, inijcit manum veritas, ſi aduocatum idoneum nacta eſt. Hæc refero, vt probarem quam vehementes haberent

Epiſt. 1. li. 19.

tyrun-

tyrunculi impetus primos ad optima quæque, ſi quis exhortaretur illos, ſi quis impenderet.

Iuuentus maximè idonea agitandis per ſtudia ingenijs.

Meliora præteruolant, deteriora ſuccedunt. Quemadmodum ex amphora primum quod ſynceriſſimum effluit, grauiſſimum quodque turbidum ſubſidit: Sic in ętate noſtra, quod eſt optimum primum eſt, id exhauriri in alijs potius patimur, vt nobis fecem reſeruemus. Inhæreat iſtud animo, & tanquam miſſum oraculo placeat: Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui. Prima fugit. Quare optima? quia reſtat quod incertum eſt. Quare optima? quia iuuenes poſſumus diſcere, poſſumus facilem animum, & adhuc tractabilem ad meliora conuertere: quia hoc tempus idoneum eſt laboribus, idoneum agitandis per ſtudia ingenijs, & exercendis per opera corporibus. Quod ſupereſt ſegnius, & languidius eſt, & propius ad finem. Ibid.

Pueris omne ludicrum in pretio eſt. Epiſt. 1. li. 2.

Iuuenes ignauia torpentes taxantur.

Torpent ingenia deſidioſæ iuuẽtutis: nec in vllius honeſtæ rei laborare vigilatur. Somnus, languorq; ac ſomno & languore turpior, malarum li. 1. declam.

rerum

rerum induſtria, inuaſit animos.

lib. 2. decla- mat. Adoleſcens luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus inſanit.

Nihil eſt puero teſte certius.

Libr. 4. cõtro- uerſ. Vinitius exactiſſimi vir ingenij, qui nec dicere res ineptas, nec ferre poterat, ſolebat hanc ſententiam deridere: Nihil eſt puero teſte certius, vtique quinquenni. Nam & ad eos peruenit annos, vt intelligat, & nondum ad eos quibus fingat. Vnde ironicè ſubdebat: Nihil eſt amabilius, quam diligens ſtultitia.

Iuuenes in malum maximè procliues ſunt.

In Thy- eſte. *Peiora iuuenes facilè præcepta audiunt.*
Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.

Propria deſcribit Deus

In Oct. *Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.*

In Hip polyt. *Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenẽ.*

In Tro ade. *Iuuenile vitium eſt, regere non poſſe impetum.*

In O- ctauia. *Iuuenilis ardor impetu primo furit.*
Langueſcit idem facile: nec durat diu
In Venere turpi: ceu leuis flamma vapor.

Pueri celant nihil.

In Thy- eſte. *Tacita tam rudibus fides*
Non eſt in annis, detegent forſan dolos.

DE PVDORE.

CAP. CLXXXIV.

Plures

PLures pudore peccandi, quam bona voluntate prohibitis abſtinẽt. Epi. 1. li. 12.

Obſtare primum eſt velle nec labi via. In Hippolyto.
Pudor eſt ſecundus.

Periêre mores, ius, decus, pietas, fides. In Agamemn.
Et qui redire neſcit, cum perit, pudor,

DE QVÆSTIONE.
CAP. CLXXXV.

Quæſtio omnis ſuam habet propoſitionem.

OMnis quæſtio ſuam propoſitionẽ habeat, ſuam excuſationem, ſuos exceſſus, ſuas indignationes, epilogum quoque ſuum. li. 7. declam.

DE RATIONE.
CAP. CLXXXVI.

Subijcere nobis omnia quomodo poſſumus.

SI vis tibi omnia ſubijcere te ſubijce rationi. Multos reges, ſi ratiò te rexerit, ab illa diſces quid, & quemadmodum aggredi debeas, non incides in rebus. Epi. 2. lib. 5.

Natura docilis eſt.

Dociles natura nos edidit, & rationem dedit imperfectam, ſed quæ perfici poſſet. Epi. 6. lib. 6.

Diuina ratio omnibus præpoſita eſt ipſa ſub nullo eſt. Epiſt. 4 lib. 14.

DE REGE.
CAP. CLXXXVII.

Regum ingenium.

lib. 6. benefi. REgalis ingenij mos eſt, in præſẽtium cõtumeliã amiſſa laudare, & his virtutẽ dare vera dicendi, à quibus iam audiendi periculum non eſt.

lib. 7. benefi. Multi Imperatores, fines alijs abſtulerunt, ſibi nemo conſtituit.

Nemo bene imperat, niſi qui paruerit imperio.

lib. 2. de ira. Nemo regere poteſt, niſi qui & regi. Ferè imperia penes eos fuere populos, qui mitiore cœlo vtuntur. In frigora, ſeptentrionemque vergẽtibus, immanſueta ingenia ſunt, vt ait Poeta: Suoque ſimillima cœlo.

Regis excuſatio turpiſſima qua.

Ibid. Turpiſſimam aiebat Fabius Regi excuſationem eſſe, Non putaui. Ego turpiſſimam homini puto. Omnia puta.

Regum iniuriæ hilari vultu toleranda.

Ibid. Regum iniuriæ hilari vultu, non patienter tantum ferendæ ſunt. Nam hoc habent peſſimum animi magna fortuna inſolentes, quos læſerunt, & oderunt. Notiſſima vox eſt eius, qui in cultu Regum conſenuerant. Cum illum quidam interrogaret, quomodo rariſſimam rem in aula conſecutus eſſet, ſcilicet ſenectutem: Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo de ipſis.

Sæuitia non decet Regem.

Magnam

Magnam fortunam, magnus animus decet: qui niſi ſe ad illam extulit, & altior ſtetit, illam quoque infra terram deducit. Magni autem animi eſt proprium, placidũ eſſe, tranquillumque: & iniurias atq; offenſiones ſemper deſpicere. Muliebre eſt furere in ira. Ferarum verò nec generoſarum quidem præmordere, & vrgere proiectos. Elephantes, Leoneſq; tranſeũt, quem impulerũt. Ignobilis beſtię pertinacia eſt. Non decet Regem ſæua, nec inexorabilis ira. Non multum enim ſuper eum eminet, cui ſe iraſcendo exæquat. At ſi dat vitam, ſi dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere, facit quod nulli niſi rerum potenti licet. li. 1. de clemẽtia.

Clementia in quamcũque domum peruenerit, eam fœlicem, tranquillamque præſtabit, Sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Ibid.

Regum frequens vindicta, paucorum odium reprimit.

Regibus certior eſt ex manſuetudine ſecuritas: quia frequens vindicta, paucorum odium reprimit, omnium irritat: voluntas oportet ante ſæuiendi, quam cauſa deficiat. Alioquin quemadmodum præciſæ arbores plurimis ramis repullulant, & multa ſatorum genera, vt & denſiora ſurgant, Ibid.

li. 2. de clemē-tia. Tyrannorum execrabilis ac breuis poteſtas eſt.

lib. 3. de ira. Crudelitas nil aliud eſt, quam atrocitas animi in exigendis pœnis.

Sic animo æquiore feret ab aliquo lædi, ab aliquo contemni, cuicunque venit in mentem, nullam eſſe tantam potentiam, in quam non incurrat iniuria.

Epi. 2. lib. 2. Quibus poteſtas populi, & in populum data eſt, hos omnes amicos habere operoſum eſt, ſatis eſt inimicos non habere.

Epiſt. 6. li. 2. Mœcenatis dictum eſt: Attonita habent ſumma.

Potentia omnis breuis.

Epi. 3. Inuidioſa potentia ac breuis eſt.

lib. 9. Epi. 3. Non ſumus in vllius poteſtate, cũ mors in noſtra ſit.

lib. 14. li. 7. de-clam. Nihil tam ciuile, tam vtile, quam breuem poteſtatem eſſe, quæ magna eſt.

& 4. cō-trou. Non eſt inuidioſa poteſtas, quę miſericordia vincit.

li 3. cō-trou. Omnis nimia potentia ſaluberrimè in breuitate conſtringitur.

l. 4. cō-trou. lib. de morib. Alteri te rei nō imponas, in quam tibi ſtanti tremendum: aſcendenti cadendum ſit.

Quomodo optimè potentiam tuebor? impotentia occaſionis.

In pro-uerb. Si in clientelam fœlicis hominis, poten-

potentiſque perueneris: aut veritas, aut amicitia perdenda eſt.

Anxius ſceptrum tenet, & mouentes
Cunctas diuitias, metuitq; caſus
Mobiles rerum, dubiumq; tempus. In Thyeſte.
Regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in præcipiti,
Dubioq; nimis excelſo loco, In Agamemnon.
Nunquam placidam ſceptra quietem,
Certumue ſui tenuêre diem.
Alia ex alijs cura fatigat,
Vexatq; animos noua tempeſtas.
Non ſic Libycis ſyrtibus æquor,
Furit aliter nos voluere fluctus.
Tu quicunque es, qui ſceptra tenes In Hercule Oeteo.
Licèt omne tua vulgus in aula
Centum pariter limina pulſet,
Cum tot populis ſtipatus eas,
Cum tot populis vix vna fides,
Tenet auratum limen Erinnijs,
Et cum magna patuêre fores
Intrant fraudes, cautiq; doli.
Minimum licet libére, cui multum licet.

DE PROSPERITATE.
CAP. CLXXIX.

Quæ nocent, docent,

MElius in malis ſapimus.
Secunda rectè auferunt.

Saluſtij ſententia eſt: Res ſecundæ miræ ſunt initijs obtentui, cũ ſit præcipua in Thucydide virtus breuitas.

Proſperitas ſit ſemper ſuſpecta tibi.

Cùm

lib. de quaut. virtut. Cùm tibi alludit vitæ proſperitas, tunc te velut in lubrico retinebis ac ſiſtes: nec tibi dabis impetus liberos, ſed circumſpicies quo eundum ſit, vel quouſque.

Proſperitas elatos efficit.

In Oedipo. *Res ſecundæ non habent vnquam modum.*

In Agamemn. *Proſpera animos efferunt.*

In troade. *O tumide rerum dum ſecundarum ſtatus*
Extollit animos.

In Thyeſte. *Nemo confidat nimium ſecundis.*
Nemo deſperet meliora lapſis.
Miſcet hæc illis, prohibetq; Clotho
Stare fortunam rotat omne fatum.

DE PLVVIA.
CAP. CLXXX.

lib. 4. natur. quæſt. TIbi affirmo, nullam pluuiam eſſe tam magnam, quæ terram vltra decem pedes, in altitudinem madefaciat. Omnis humor inter primã cruſtam conſumitur, nec in inferiora deſcendit.

DE PRVDENTIA.
CAP. CLXXXI.

Prudentia ad beatam vitam ducit.

Epiſt. 3. lib. 12 QVi prudens eſt, & temperans eſt. Qui temperans eſt, & conſtans. Qui conſtans, & imperturbatus eſt. Qui imperturbatus eſt, ſine triſtitia eſt. Qui ſine triſtitia eſt, beatus eſt: Ergo

Ergo prudens beatus, & prudentia ad beatam vitam ſatis eſt.

Sapiens ſemper ſui ſit ſimilis.

Si prudentiam amplecteris, vbique idem eris: & prout rerum ac temporum varietas exigit, ea accommodes ipſi: nec te in aliquibus mutes, ſed potius aptes, ſicut manus quæ eadem eſt cum in palmam extenditur, & cum in pugnum aſtringitur. li. de 4. virtut.

Prudentis hominis proprietas.

Prudentis proprium eſt examinare conſilia: & non cito facili credulitate ad falſa prolabi. Ibid.

Prudens fallere non vult, falli non poteſt. Cuiuſcunque facti cauſam requirit: & cum initia inuenerit, exitus cogitat. Ibid.

Prudens nunquã otio marcet. Habet autem aliquando remiſſum animum, nunquam ſolutum. Ibid.

Prudens animum aptat tribus temporibus.

Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur. Præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare. Nam qui nihil de præterito cogitat, perdet vitam: qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. Proponas in animo tuo futura mala & bona: vt illa ſuſtinere poſſis, & iſta moderari. Ibid.

DE

DE POENA. CAP. CLXXXII.

Teſtudo quando ſine pœna.

Epiſt. 2. li. 22. NVllum tormentum ſentit ſupina teſtudo.

lib. de morib. Satis eſt pœnarum, potuiſſe puniri.

In prouerb. Grauis animi pœna eſt, quem poſt factum pœnitet.

DE PVERITIA. CAP. CLXXXIII.

Pueri bene à cunalibus inſtituendi.

li. 2. de ira. EDucatio puerorum maximam diligentiam deſiderat. Facile eſt enim teneros adhuc animos componere. Difficulter reciduntur vitia, quæ nobiſcum creuerunt.

Puer à vini vſu abſtineat.

Ibid. Calentibus ingenijs ſubtrahatur vinum, quod pueris Plato negandum putat, & ignẽ vetat igne incitari. Nec cibis quidem implendi ſunt: diſtendentur enim corpora, & animi cum corpore tumeſcet. Labor illos citra laſſitudinem exerceat, vt minuatur, & non vt conſumatur calor, nimiuſque ille feruor diſpumet. Luſus quoque proderunt. Modica enim voluptas laxat animos & temperat. Plurimum, inquam, proderit pueros ſtatim ſalubriter inſtitui.

Pueri pædagogorum referunt mores.

Apud Platonem educatus puer, cũ ad parentes relatus, vociferantem videret

deret patrem. Nunquam, inquit, hoc apud Platonem vidi. Nō dubito quin citius patrem quam Platonem imitatus ſit.

Educatio mollis, eſt iracundiæ fomes.

Nihil magis fecit iracundos, quam educatio mollis & blanda. Ideo vincis quo plus indulgetur, pupilliſque quo plus licet, eo corruptior animus eſt. Non reſiſtet offenſis, cui nihil vnquā negatum eſt: cui lachrymas ſollicita ſemper mater abſterſit, cui de pædagogo ſatisfactum eſt. Non vides vt maiorem quamque fortunam, maior ira comitetur. In diuitibus, nobilibuſq;, & magiſtratibus præcipuè apparet: cū quicquid leue & inane in animo erat, ſecunda ſe aura ſuſtulit. Ibid.

Gaudium exultatio, exultationem tumor, & nimia æſtimatio ſui ſequitur.

Puerorum educatio maximam requirit diligentiam.

Longè ab aſſentatione pueritia remouenda eſt. Audiat verum & timeat: interim vereatur, ſemper maioribus aſſurgat Quod flēti negatum fuerat quieto offeratur: & diuitias parentū, in conſpectu habeat, non in vſu. Exprobrentur illi perperam facta. Pertinebit ad rem, præceptores, pædagogoſque pueris placidos dari. Proximis Libr. 2. de ira.

appli-

applicatur omne quod tenerum eſt, & in eorum ſimilitudinem creſcit. Nutricum & pædagogorum retulere mox in adoleſcentia mores.

Senes pueri moribus.

Epiſt. 4. lib. 1. Adhuc non pueritia in nobis, ſed quod eſt grauius, pucrilitas remanet. Et hoc quidem peius eſt, quod auctoritatem habemus ſenum, vitia puerorum: nec puerorum tantum, ſed infantium.

Epiſt. 1. lib. 5. Ariſton aiebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quam hilarem & amabilem turbæ. Vinum enim fieri bonum quod recens durum & aſperum viſum eſt: non pati ætatem, quod in dolio placuit.

Pueri egent inſtructore.

Epiſt. 6. li. 14. Pueri ad præſcriptum diſcunt, digiti illorum tenentur, & aliena manu per literarum ſimulachra ducuntur, deinde imitari iubentur propoſita, & ad illa reformare chirographum: Sic animus noſter dum eruditur ad præſcriptum, iuuatur.

Ingenia puerorum magis flexibilia.

Epiſt. 1. li. 19. Facillimè tenera conciliantur ingenia ad honeſti, rectiq; amorem. Adhuc debilibus, leuiterq; corruptis, inijcit manum veritas, ſi aduocatum idoneum nacta eſt. Hæc refero, vt probarem quam vehementes haberent tyrun-

tyrunculi impetus primos ad optima quæque, ſi quis exhortaretur illos, ſi quis impenderet.

Iuuentus maximè idonea agitandis per ſtudia ingenijs.

Meliora præteruolant, deteriora ſuccedunt. Quemadmodum ex amphora primum quod ſynceriſſimum effluit, grauiſſimum quodque turbidum ſubſidit: Sic in ętate noſtra, quod eſt optimum primum eſt, id exhauriri in alijs potius patimur, vt nobis fecem reſeruemus. Inhæreat iſtud animo, & tanquam miſſum oraculo placeat: Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui. Prima fugit. Quare optima? quia reſtat quod incertum eſt. Quare optima? quia iuuenes poſſumus diſcere, poſſumus facilem animum, & adhuc tractabilem ad meliora conuertere: quia hoc tempus idoneum eſt laboribus, idoneum agitandis per ſtudia ingenijs, & exercendis per opera corporibus. Quod supereſt ſegnius, & languidius eſt, & propius ad finem. Ibid.

Pueris omne ludicrum in pretio eſt. Epiſt. 1. li. 2.

Iuuenes ignauia torpentes taxantur.

Torpent ingenia deſidioſæ iuuẽtutis: nec in vllius honeſtæ rei laborare vigilatur. Somnus, languorq; ac ſomno & languore turpior, malarum li. 1. declam.

rerum

rerum induſtria, inuaſit animos.

lib. 2. declamat. Adoleſcens luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus inſanit.

Nihil eſt puero teſte certius.

Libr. 4. cõtrouerſ. Vinitius exactiſſimi vir ingenij, qui nec dicere res ineptas, nec ferre poterat, ſolebat hanc ſententiam deridere: Nihil eſt puero teſte certius, vtique quinquenni. Nam & ad eos peruenit annos, vt intelligat, & nondum ad eos quibus fingat. Vnde ironicè ſubdebat: Nihil eſt amabilius, quam diligens ſtultitia.

Iuuenes in malum maximè procliues ſunt.

In Thyeſte. *Peiora iuuenes facilè præcepta audiunt.*
Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.
Propria deſcribit Deus

In Oct. *Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.*

In Hippolyt. *Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenẽ.*
Iuuenile vitium eſt, regere non poſſe impetum.

In Troade. *Iuuenilis ardor impetu primo furit.*

In Octauia. *Langueſcit idem facile: nec durat diu*
In Venere turpi: ceu leuis flamma vapor.

Pueri celant nihil.

In Thyeſte. *Tacita tam rudibus fides*
Non eſt in annis, detegent forſan dolos.

DE PVDORE.
CAP. CLXXXIV.

Plures

PLures pudore peccandi, quam bona voluntate prohibitis abſtinẽt. Epi. 1. li. 12.

Obſtare primum eſt velle nec labi via.
Pudor eſt ſecundus. In Hippolyto.

Periêre mores, ius, decus, pietas, fides.
Et qui redire neſcit, cum perit, pudor, In Agamemn.

DE QVÆSTIONE.

CAP. CLXXXV.

Quæſtio omnis ſuam habet propoſitionem.

OMnis quæſtio ſuam propoſitionẽ habeat, ſuam excuſationem, ſuos exceſſus, ſuas indignationes, epilogum quoque ſuum. li. 7. declam.

DE RATIONE.

CAP. CLXXXVI.

Subijcere nobis omnia quomodo poſſumus.

SI vis tibi omnia ſubijcere te ſubijce rationi. Multos reges, ſi ratiõ te rexerit, ab illa diſces quid, & quemadmodum aggredi debeas, non incides in rebus. Epi. 2. lib. 5.

Natura docilis eſt.

Dociles natura nos edidit, & rationem dedit imperfectam, ſed quæ perfici poſſet. Epi. 6. lib. 6.

Diuina ratio omnibus præpoſita eſt ipſa ſub nullo eſt. Epiſt. 4 lib. 14.

DE REGE.

CAP. CLXXXVII.

Regum ingenium.

Magnam fortunam, magnus animus decet: qui niſi ſe ad illam extulit, & altior ſtetit, illam quoque infra terram deducit. Magni autem animi eſt proprium, placidũ eſſe, tranquillumque: & iniurias atq; offenſiones ſemper deſpicere. Muliebre eſt furere in ira. Ferarum verò nec generoſarum quidem præmordere, & vrgere proiectos. Elephantes, Leoneſq; tranſeũt, quem impulerũt. Ignobilis beſtię pertinacia eſt. Non decet Regem ſæua, nec inexorabilis ira. Non multum enim ſuper eum eminet, cui ſe iraſcendo exæquat. At ſi dat vitam, ſi dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere, facit quod nulli niſi rerum potenti licet. li. 1. de clemẽtia.

Clementia in quamcũque domum peruenerit, eam fœlicem, tranquillamque præſtabit, Sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Ibid.

Regum frequens vindicta, paucorum odium reprimit.

Regibus certior eſt ex manſuetudine ſecuritas: quia frequens vindicta, paucorum odium reprimit, omnium irritat: voluntas oportet ante ſæuiendi, quam cauſa deficiat. Alioquin quemadmodum præciſæ arbores plurimis ramis repullulant, & multa ſatorum genera, vt & denſiora ſurgant, Ibid.

reciduntur: Ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo. Parentes enim liberiqúe eorum qui interfecti ſunt, & propinqui & amici in locum ſingulorum ſuccedunt.

Regum peccata longè lateq; promulgantur.

Libr. 1. de clemẽtia. Quemadmodum domini crudeles tota ciuitate commonſtrantur, inuiſique & deteſtabiles ſunt: ita Regum & iniuria latius patet & infamia, atque odium ſæculis traditur. Quanto autem non naſci melius fuit, quam numerare inter publica mala natos.

Rex Apium caret aculeo.

Ibid. Rex apium caret aculeo. Noluit illum natura, nec ſæuum eſſe, nec vltionem magno conſtaturam petere: telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens eſt. Eſt enim illi mos exercere ſe in paruis, & ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores: cum tãto hominum moderatior eſſe animus debeat, quantò vehementius nocet. Tantum autem neceſſe eſt timeat, quantum timeri voluit: & manus omnium obſeruet, & eo quoque tempore quo non captatur, peti ſe iudicet, nullumque momentum immune amet.

Amor

Amor ciuium Regibus inexpugnabile munimentum.

Vnum eſt inexpugnabile munimẽtum amor ciuium. Quid pulchrius eſt, quam viuere optantibus cunctis: & vota non ſub cuſtode nuncupantibus ſi paulum valetudo titubauit? Non ſpem hominum excitari, ſed metum. Nihil eſt cuiquam tam precioſum, quod non pro ſalute præſidis ſui commutatum velit. Omne illo cui contingit, ſibi quoque viuere debeat, in hoc aſſiduis bonitatis argumentis probauit, non Rempub. ſuam eſſe, ſed ſe reipub. Quis huic Regi audeat ſtruere aliquod periculum? Quis ob hoc, non ſi poſſit, fortunam auertere velit? ſub quo iuſtitia, pax, pudicitia, ſecuritas, dignitas florent? ſub quo opulenta ciuitas, copia bonorum omnium abundat? Ibid.

Multa ſupplicia ſunt exoſa principi.

Non minus principi turpia ſunt multa ſupplicia, quam medico multa funera. Ibid.

Principis ornamentum clementia.

Nullum ornamentum principis faſtigio dignius, pulchriuſque eſt, quam clementia ciues ſeruatos. Ornamentum enim imperiorum eſt, ſimul & certiſſima lux. Remiſſius etiam imperanti, melius paretur. Nã natura contumax eſt humanus animus, & in contra- Ibid.

trarium atque arduum nitens: ſequiturque facilius, quam ducatur. Et vt generoſi & nobiles equi, melius facili freno reguntur: ita clementiam voluntariam innocentia impetu ſuo ſequitur, & dignam putat ciuitas, quam ſeruet ſibi.

Tria quæ princeps in animaduerſione ſeruare debet.

li. 1. de clemẽtia. Tria hæc princeps in animaduerſione ſeruare debet. Aut vt eum quem punit, emendet: aut vt pœna eius, cæteros meliores reddat: aut ſublatis malis, ſecuriores cæteri viuant.

Patientia boni Principis.

Libr. 1. de clemẽtia. Conſtituit bonos mores ciuitati Princeps, & vitia eius compeſcit, ſi patiens eorum eſt. Non tanquam probet: ſed tanquam inuitus cum magno tormento ad caſtigandum veniat.

Regnum beatum quod.

In Præfe. log. 1. li. Epi. ad Lucil. Ea à ſapientibus ſancita eſt ſententia: Illud beatum eſſe regnum, cuius Principem contigerit ſapientiæ habere ſtudium.

Attonita habent ſumma.

Epiſt. 6 li. 2. *Regere ſe, & affectus proprios poſſe domare, ſummum imperium.*

Epiſt. a lib 5. Si vis tibi omnia ſuijcere, te ſubijce rationi. Multos reges, ſi ratio te rexerit: ab illa diſces, quemadmodum omnia aggredi debeas.

Animus

Animus cuiuſq; rex vel tyrannus.

Animus noſter modo rex eſt, modo tyrannus. Rex, cum honeſta intuetur, ſalutem ſibi commiſſi corporis curat: & nihil imperat turpe, nihil ſordidũ: vbi verò impotens, cupidus, delicatus eſt, tranſit in nomen deteſtabile ac dirum, & fit tyrannus. Epiſt. 2. li. 10.

Regum vecordia hoc prouerbio taxatur.

Verum prouerbium eſt: Aut regem, aut fatuum naſci oportere. Nam quẽadmodum in fatuis, riſu quæcunque fecerint, excipimus: ſic regum quoque facta nemo non probat. Regis autem nomen apud Romanos, vt tyrannicum & barbarum, inuiſum habebatur. lib. de morte Claud. Cæſ.

Principes pietate, & iuſtitia Dij fiunt. Ibid.

Regnantibus peius multo periculum, quam his qui iudicantur: hi enim ſingulos timent, illi vniuerſos. lib. de morib.

Agat princeps curam, non tantum ſalutis, ſed honeſtæ cicatricis. In prouer.

A duabus cauſis præſtare princeps ſolet: ſi aut te vindicat, aut alium. Ibid.

Regibus eſt peius multo, quam ſeruientibus: quia illi ſingulos, iſti vniuerſos timent. Ibid.

Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt. In Agamemn.

Vbi non eſt pudor.

Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides. In Thyeſte.

Inſtabile regnum eſt.

In Medea. *Æquum & iniquum regis imperium feras.*

Ibid. *Iniqua nunquã regna perpetuo manent.*

In Thyeſte. *Rex velit honeſta, nemo non eadem volet.*

In Hercule furente. *Ars prima regni eſt, poſſe inuidiam pati.*

Perferre patriam liberis, regem decet.

In Troade. *Victima haud vlla amplior*

Poteſt, magiſq; optima mactari Ioui,

Quam Rex iniquus.

In Hercule furẽte. *Omne ſub regno grauiore regnum eſt.*

In Thyeſte. *Dubia pro certis ſolent timere reges.*

DE RESVRRECTIONE.

Cap. CLXXXVIII.

Exemplum reſurrectionis ab elementis ſumendum.

In Oedipo. Epiſt. 1. lib. 5. QVod ſi cupiditas longioris vitæ ac æui te tenet, cogita nihil eorum quæ ab oculis abeũt, & in rerum naturam ex qua prodierunt, aut mox proceſſura ſunt, reconduntur, conſumi: deſinũt iſta, non pereunt. Et mors, quam pertimeſcimus ac recuſamus, intermittit vitam, non eripit: veniet iterũ qui nobis in lucẽ reponat dies, quam multi recuſarent, niſi oblitos reduceret. Quare æquo animo debet rediturus exire. Obſerua orbẽ rerum in ſe remeãtium, videbis in hoc mundo nihil extingui, ſed vicibus deſcendere ac reſurgere. Æſtas abit, ſed alter

ter annus illam adducit: Hyems cecidit, referent illam ſui menſes. Solem nox obruit, ſed ipſam ſtatim dies abigit. Stellarum iſte diſcurſus quicquid præterijt, repetit: pars cœli leuatur aſſiduè, pars mergitur.

Alia origo nos expectat, alius rerum ſtatus. Proinde intrepidus horam illam decretoriam proſpice. Quicquid circa te iacet rerum, tanquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpecta. Transeundũ eſt. Excutit redeuntem natura, ſicut intrantem. Veniet tamen qui te reuelet dies, & ex contubernio fœdi atque olidi vẽtris educat. Alienus iam hinc, altius aliquid, ſublimiuſque meditare. Aliquando naturæ tibi arcana retegentur, diſcutietur iſta caligo, & lux vndique clara percutiet. Imaginare tecum quantus ille fulgor, tot ſyderibus inter ſe lumen miſcentibus. Nulla ſerenum vmbra turbabit, æqualiter ſplendebit omne cœli latus. Dies & nox, aeris infimi vices ſunt. Tunc in tenebris vixiſſe te dices, cum totam lucem & totus aſpexeris. Quam nunc per anguſtiſſimas oculorum vias obſcurè intueris, & tamen admiraris illam procul. Quid tibi videbitur diuina lux, cum illam ſuo loco videris? Hæc cogitatio nihil ſordidum animo ſubſidere ſinit, nihil humile, nihil crudele.

Epi. 2. lib. 17.

deſe. Deos omnium rerum eſſe teſtes ait: Illis nos approbari, illis in futurum parari iubet, & æternitatē proponere, quam qui mente concipit, nullus horret exercitus, non terretur tuba, nullis ad timorem minis agitur.

Non habemus hic manentem ciuitatem.

Epi. 1. lib. 22. Sapiens habet perfectam animam, ad ſummam ſui adductus. Supra quā, nihil eſt, niſi mens Dei, ex qua pars, & in hoc pectus mortale defluxit, quod nunquam magis diuinum eſt, quam vbi mortalitatem ſuam cogitat: & ſcit in hoc natum hominem, vt vita defungeretur: nec domum eſſe hoc corpus, ſed hoſpitium, & breue hoſpitium, quod relinquendum eſt, vbi te grauem eſſe hoſpitem videas.

Peregrinatio eſt vita noſtra.

Ibid. Ideo magnus animus conſcius ſibi melioris naturæ, dat quidem operam, vt in hac ſtatione, qua poſitus eſt, honeſtè ſe atque induſtriè gerat. Cæterū nihil horum quæ circa ipſum ſunt, ſuum iudicat: ſed vt commodatis vtitur, peregrinus & peragrans.

DE RISV. CAP. CLXXXIX.

Democritus nunquam fuit ſine riſu.

li. 2. de ira. DEmocritum aiunt nunquam ſine riſu in publico fuiſſe. Adeò nihil illi videbatur ſerium eorum, quę ſeriò gerebantur.

Feſtiuus iocus Socratis.

Socratem, aiunt, colapho percuſſum, nihil amplius dixiſſe: quā moleſtum eſſe, quod neſcirent homines quando cum galea prodire deberent. li. 3. de ira.

Democritus nunquam fuit ſine riſu, nec Heraclitus ſine fletu.

Democritum potius quam Heraclitum imitemur. Hic enim quoties in publicum proceſſerat, flebat ille ridebat. Huic omnia quæ agimus miſeriæ: illi ineptiæ videbantur. Eleuanda ergo omnia, & facili animo ferenda. Humanius eſt deridere vitam, quam deplorare. Adijce, quod de humano quoque genere melius meretur, qui ridet illud, quam qui luget. Libr. 1. de trāquil. vitę.

Harpaſtis fatuæ feſtiuus iocus.

Harpaſtēn vxoris meæ fatuam, ſcis hæreditarium onus in domo mea remanſiſſe. Hæc fatua ſubito deſijt videre. Incredibilem tibi narro rem, ſed veram. Neſcit ſe cæcam, ſubinde pædagogum ſuum rogat, vt migret, ait domum tenebroſam eſſe. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi. Nemo ſe auarum eſſe intelligit, nemo cupidum, &c. Vide titulum de cognitione ſui. Epiſt. 7. lib. 6.

Intempeſtiui ſales vitandi.

Alexander Magnus Caliſthenem occidit propter intempeſtiuè liberos ſales. l. 1. ſuaſoriar.

ſales. Nam cum ſe Deum vellet videri, & vulneratus eſſet, viſo ſanguine philoſophus mirari ſe dixerat, quod non eſſet.

Interpone interdum gaudia curis.

Lib. de quatu. virtut. Miſcebis interdum ſerijs iocos, ſed temperatos, & ſine detrimento dignitatis ac verecundiæ. Nam reprehenſibilis riſus eſt, ſi immodicus, ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter fractus. Odibilem quoque hominem facit riſus, aut ſuperbus, aut clarus, aut malignus, aut furtiuus, aut alienis malis euocatus. Si ergo ipſos iocos exigis, hoc quoque cum dignitate ſapiētię gere: vt te nec grauent tanquam aſperum, nec contemnant tanquam vilem.

Sales noſtri ſint ſine dente.

Ibid. Sales tui ſint ſine dente: ioci ſine vilitate: riſus ſine cachinno: vox ſine clamore, inceſſus ſine tumultu: quies tibi non deſidia erit, & cum ab alijs luditur, tu ſancti aliquid, honeſtiq; tractaueris.

In prouer. Hęredis fletus, ſub perſona riſus eſt.

Ibid. Morbum eſſe ſcias, nō hilaritatem, ſemper arridere ridentibus: & ad omnem æſtimationem ipſum quoque os deducere.

Ibid. Nondum fœlix es, ſi nondum te turba deridet. Nam ſi nullos inimicos tibi iniuria, multos tamen inuidia.

Ridicu-

Ridiculum eſt odio nocentis perdere innocentiam. Ibid.

DE SAPIENTIA SEV SAPIENTE.

CAP. CLXXXX.

IN ſapientis animo, etiam cum vulnus ſanatum eſt, cicatrix manet. lib. 1. de ira.

Sapienti ſit modus in omnibus.

Temperatus ſit ſapiens, & ad res fortius agendas, non iram, ſed vim adhibeat. li. 2. de ira.

Sapiens parcit, conſulit, & corrigit.

Sapiens multa remittet. Multos parũ ſani, ſed ſanabilis ingenij ſeruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas, proceraſque arbores colunt: ſed illis quoque, quos aliqua deprauabit cauſa, adminicula quibus regantur, applicant. Alias circumcidunt, ne proceritatem rami premant. Quibuſdam infirmas vitio loci nutriunt. Quibuſdam aliena vmbra laborantibus, cœlum aperiunt. Secundum hæc videbit perfectus ſapiens, quod ingenium qua ratione tractãdum ſit, donec in rectum praua flectantur. li. 2. de clemẽtia.

Placidus itaque ſapiens, & æquus erroribus, ſed correptor peccantium; hoc quotidie procedit animo. Multi mihi occurrent vino dediti, multi libidinoſi, multi ingrati, multi auari, multi furijs ambitionis agitati. Omnia li. 2. de ira.

nia iſta tam propitius aſpiciet, quam ægros ſuos medicus.

Diuitiæ ſeruiunt ſapienti, non imperant.

libr. de vita beata. Diuitiæ apud ſapientem virum in ſeruitute ſunt, apud ſtultum in imperio. Sapiens diuitijs nihil permittit, ſtultis diuitiæ omnia.

Ibid. Sapienti quiſquis abſtulerit diuitias, omnia illi ſua relinquet. Viuit enim præſentibus lętus, futuris ſecurus.

Sapiens omnibus prodeſt.

li. 1. de tranquil. vitæ. Nunquam inutilis eſt opera ſapientis. Auditu enim, viſu, vultu, nutu, oſtentatione tacita, inceſſuque ipſo prodeſt.

Sapiens cum in aduerſis, tum in proſperis ſemper ſui ſimilis eſt.

li. 2. de tranquil. vitę. Sapiens nihil perdere poteſt, omnia in ſe repoſuit, nihil fortunę credit. Bona ſua in ſolidum habet: contentus virtute, quæ fortuitis non indiget. Ideoque nec augeri, nec minui poteſt. Nam in ſummum producta, incremẽti non habent locum. Nihil eripit fortuna, niſi quod dedit: virtutem autem non dat, ideo nec detrahit. Libera eſt, inuiolabilis eſt, immota.

Ibid. Megaram Demetrius cœperat, cui cognomẽ Policrates fuit, ab hoc Stilbon philoſophus interrogatus. Nunquid aliquid perdidiſſet? Nihil, inquit

Omnia

Omnia namque mea mecum ſunt.

Regnum beatum quod.

Ea à ſapientibus ſancita eſt ſententia: Illud beatum eſſe regnum, cuius principem contigerit ſapientiæ habere ſtudium. In Prolog. 1. li. Epi. ad Lucil.

Sapiens nulla re eget.

Volo tibi Chryſippi quoque diſtinctione indicare. Ait ſapientem nulla re indicare, & tamen multis illi rebus opus eſſe. Contra, Stultis nulla re opus eſſe: nulla enim re ſcit vti, nec verbis, ſed omnibus eget. Sapienti & manibus, & oculis, & multis ad quotidianum vſum neceſſarijs opus eſt. Sed eget nulla re, egere enim neceſſitatis eſt. Nihil autem neceſſe ſapienti eſt. Omne intra ſe bonum terminabit, & dicet quod Stilbon ille dixit: Stilbon quem Epicuri epiſtola inſequitur, hic enim capta patria, amiſſis liberis, amiſſa vxore, cum ex incendio publico ſolus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio vrbium Polyorcetes fuit. Numquid perdidiſſet? Omnia, inquit, bona mea mecum ſunt. Epiſt. 9. lib. 1.

Sapientis doctrina concordat cum vita.

Maximum hoc eſt, & officium ſapientiæ & indicium: vt verbis opera concordent, vt ipſe vbique par ſibi idemque ſit. Epiſt. 1. li. 3.

Vita

nia iſta tam propitius aſpiciet, quam ægros ſuos medicus.

Diuitiæ ſeruiunt ſapienti, non imperant.

libr. de vita beata. Diuitiæ apud ſapientem virum in ſeruitute ſunt, apud ſtultum in imperio. Sapiens diuitijs nihil permittit, ſtultis diuitiæ omnia.

Ibid. Sapienti quiſquis abſtulerit diuitias, omnia illi ſua relinquet. Viuit enim præſentibus lętus, futuris ſecurus.

Sapiens omnibus prodeſt.

li. 1. de tranquil. vitæ. Nunquam inutilis eſt opera ſapientis. Auditu enim, viſu, vultu, nutu, oſtentatione tacita, inceſſuque ipſo prodeſt.

Sapiens cum in aduerſis, tum in proſperis ſemper ſui ſimilis eſt.

li 2. de tranquil. vitę. Sapiens nihil perdere poteſt, omnia in ſe repoſuit, nihil fortunę credit. Bona ſua in ſolidum habet: contentus virtute, quæ fortuitis non indiget. Ideoque nec augeri, nec minui poteſt. Nam in ſummum producta, incremēti non habent locum. Nihil eripit fortuna, niſi quod dedit: virtutem autem non dat, ideo nec detrahit. Libera eſt, inuiolabilis eſt, immota.

Ibid. Megaram Demetrius cœperat, cui cognomē Policrates fuit, ab hoc Stilbon philoſophus interrogatus. Nunquid aliquid perdidiſſet? Nihil, inquit

Omnia

Omnia namque mea mecum ſunt.

Regnum beatum quod.

Ea à ſapientibus ſancita eſt ſententia: Illud beatum eſſe regnum, cuius principem contigerit ſapientiæ habere ſtudium. In Prolog. 1. li. Epi. ad Lucil.

Sapiens nulla re eget.

Volo tibi Chryſippi quoque diſtinctione indicare. Ait ſapientem nulla re indicare, & tamen multis illi rebus opus eſſe. Contra, Stultis nulla re opus eſſe: nulla enim re ſcit vti, nec verbis, ſed omnibus eget. Sapienti & manibus, & oculis, & multis ad quotidianum vſum neceſſarijs opus eſt. Sed eget nulla re, egere enim neceſſitatis eſt. Nihil autem neceſſe ſapienti eſt. Omne intra ſe bonum terminabit, & dicet quod Stilbon ille dixit: Stilbon quem Epicuri epiſtola inſequitur, hic enim capta patria, amiſſis liberis, amiſſa vxore, cum ex incendio publico ſolus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio vrbium Polyorcetes fuit. Numquid perdidiſſet? Omnia, inquit, bona mea mecum ſunt. Epiſt. 9. lib. 1.

Sapientis doctrina concordat cum vita.

Maximum hoc eſt, & officium ſapientiæ & indicium: vt verbis opera concordent, vt ipſe vbique par ſibi idemque ſit. Epiſt. 1. li. 3.

Vita

Vera ſapientia quæ ſit.

Ibid. Quid eſt ſapientia? Semper idem velle atque idem nolle. Licet illam exceptiunculam non adijciam, vt rectũ ſit quod velis: non poteſt cuiquã ſemper idem placere, niſi rectum.

Sapiens vitia virtutibus elidit.

Epiſt. 3. lib. 8. Sextium ecce cum maximè lego virum acrem Græcis verbis, Romanis moribus philoſophantem, mouit me imago ab illo poſita, ire quadrato agmine exercitum, vbi hoſtis ab omni parte ſuſpectus eſt, pugnæ paratum: Idem, inquit, ſapiens facere debet, omnes virtutes ſuas vndicunque expãdat, vt vbicunque infeſti aliquid oritur, illic parata præſidia ſint, & ad nutum regentis ſine tumultu reſpondeant, quod in exercitibus his, quos Imperatores magni ordinant, fieri videmus: vt imperium ducis ſimul omnes copiæ ſentiant, ſic diſpoſitæ vt ſignũ ab vno datum, peditem ſimul equitẽque percurrat, hoc aliquanto magis neceſſarium eſſe nobis Sextius ait.

Sapiens quis.

Epi. 1. lib. 8. Sapiens ille eſt, qui plenus gaudio, hilaris & placidus, inconcuſſus, cum Dijs ex pari viuit.

Sapientis animus nunquam eſt ſine gaudio.

Epi. 3. Talis eſt ſapientis animus, qualis mundi

mundi ſtatus ſuper Lunam, ſemper illic ſerenum eſt. Habes ergo quare velis eſſe ſapiens, quia nunquã ſine gaudio eſt. Gaudium hoc non naſcitur, niſi ex virtutum cõſcientia. Non poteſt gaudere, niſi fortis, niſi iuſtus, niſi temperans. lib. 8.

Sapiens cogitationes ſuas ad ſublimia dirigit.

Sapiens affectatorq; ſapientiæ adhæret quidem in corpore ſuo, ſed optima ſui parte abeſt, & cogitationes ſuas ab ſublimia intendit, & velut ſacramento ligatus, hoc quod viuit ſtipendium putat: & ita formatus eſt, vt illi nec amor vitæ, nec odium ſit: patiturque mortalia, quamuis ſciat ampliora ſupereſſe. Epiſt. 8. lib. 8.

Phalaridis Thaurus.

Epicurus ait: Sapientẽ ſi in Phalaridis Tauro peruratur, exclamaturũ, Epiſt. 1. lib. 9.

Sapiens nil habet proprij.

Sapiens nihil iudicat ſuum magis, quam cuius illi cum humano genere conſortium eſt. Epiſt. 4. li. 10.

Sapiens in futuris proſpectum habet.

Sapiens aſſueſcit futuris malis, & quæ alij diu patiendo leuia faciũt: hic leuia facit, diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum dicentium: Neſciebam hoc mihi reſtare. Sapiens ſcit ſibi omnia reſtare: quicquid Epiſt. 7. li. 10.

quid factum eſt, dicit, ſciebam.

Epi. 1. lib. 11. Quicquid expectatum eſt diu, lenius accedit.

Inter ſapientiam & Philoſophiam interſtitium quod.

Epi. 1. lib. 14. Inter ſapientiam & philoſophiam quid interſit, dicam. Sapientia perfectum bonum eſt mentis humanæ. Philoſophia ſapientiæ amor eſt & affectatio. Hæc oſtendit, quo illa peruenit. Philoſophia vnde dicta ſit apparet ipſo enim nomine fatetur. Quidam enim ſapientiam ita finierunt, vt dicerent eam diuinorum & humanorum ſcientiam. Quidam ita: Sapientia eſt noſſe diuina & humana, & horum cauſas. Alij ſtudium virtutis illam eſſe dixerunt. Alij ſtudium corrigendæ mentis. A quibuſdam dicta eſt appetitio rectæ rationis.

Sapientia animorum magiſtra.

Epi. 2. lib. 14. Sapientia animorum magiſtra eſt: vtilia molitur, paci fauet, & genus humanum ad concordiam vocat.

Sapientis præcepta ſint finita ac ſolida.

Epiſt. 6. li. 14. Sapientis præcepta finita eſſe debent, & certa: ſi qua finiri non poſſunt, extra ſapientiam ſunt. Sapientia rerū terminos nouit.

Ibid. Sapientia omnes tenet.

Sapientium conſortium confert ad inſtitutionem morum.

Occur-

Occurſus me Hercule ipſe ſapientium iuuat, & eſt aliquid, quod ex magno viro vel tacẽte proficias. Nec tibi facilè dixerim quemadmodum proſit: ſic vt illud intelligam profuiſſe. Minuta quædam, vt ait Phœdon, animalia cum mordent, non ſentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis eſt: tumor indicat morſum, & in ipſo tumore nullum vulnus apparet: Idem tibi in conuerſatione virorum ſapientium eueniet, non deprehendes quemadmodum & quando tibi proſit, profuiſſe deprehendes. Ibid.

Priſci docebant viuere, non diſputare.

Antiqua ſapiẽtia nihil aliud quam facienda & vitanda præcepit. Et tunc longè meliores erant viri. Poſtquam docti prodierunt, boni deſunt. Simplex enim illa & aperta virtus in obſcuram & ſolertem ſcientiam verſa eſt: docemurq; diſputare, non viuere. Epiſt. 1. li. 15.

Sapiens diuitiarum naturalium eſt quæſtor acerrimus. Epiſt. 4 li. 21.

Nobilis profeſſio ſapientia eſt, quę diſtributa ſuſcipit incrementum: auarum dedignata poſſeſſorem, citò niſi publicetur, elabitur. In prouerb.

Sapiens nihil facit quod non debet, & nihil prætermittit, quod debet. Ibid.

Rem maximam ſibi promittit ſapientia, vt te reducat tibi. In prouerb.

DE

DE SACERDOTE.
CAP. CLXXXXI.

li.4 declam. Apud Gentiles Sacerdos non integri corporis, erat mali nominis.

DE SERVIS ET SERVITVTE. CAP. CLXXXXII.

Seruus an domino beneficium præſtare poſſit.

Jibr.3. benefi. Qvanquam quæritur à quibuſdã, ſicut ab Hecatone, an beneficium dere ſeruus poſſit domino? Sunt enim qui ita diſtinguant: Quædam beneficia eſſe, quædam officia, quædam miniſteria. Beneficium eſſe, quod alienus det. Alienus eſt, qui potuit ſine reprehenſione ceſſare. Officium eſſe, filij, vxoris, & earum perſonarum, quas neceſſitudo ſuſcitat, & ferre opem iubet. Miniſterium eſſe ſerui, quem cõditio ſua eo loco poſuit, vt nihil eorũ quæ præſtat, imputet ſuperiori. Præterea ſeruos qui negat dare aliquando beneficium, ignarus eſt iuris humani. Refert enim cuius animi ſit qui præſtat, non cuius ſtatus. Nulli præcluſa virtus eſt, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat: ingenuos libertinos, ſeruos, reges, & exules. Non elegit domum nec cenſum: nudo homine contenta eſt.

Interior pars hominis, mancipio dari non poteſt.

Errat

Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutem in totum hominem deſcendere. Pars melior eius excepta eſt. Corpora obnoxia ſunt & aſcripta dominis. Mens quidem ſui iuris, quæ ideò libera eſt & vaga, vt ne ab hoc quidem carcere, cui incluſa eſt, teneri queat, quo minus impetu ſuo vtatur: & ingẽtia agar, & in infinitũ comes cœleſtibus exeat. libr.3. benefi.

Fidelitas ſeruorum interdum maxima.

Bello ciuili proſcriptum dominum ſeruus abſcondit, & cum annulos eius ſibi aptaſſet, ac veſtem induiſſet, ſpeculatoribus occurrit: nihil ſe deprecari, quo minus imperata peragerer, dixit, & deinde ceruicem porrexit. Quãti viri eſt pro domino eo tempore mori velle, quo erat rara fides; dominum mori nolle etiam publica crudelitate? Item inueniri in publica perfidia fidẽ: cum præmia proditionis ingentia oſtendantur, præmium fidei mortem concupiſcere? libr.3. benefi.

Sũb Tyberio Cæſare fuit accuſandi frequens & penè publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius, togatam ciuitatem confecit. Excipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas iocantium. Nihil erat tutum. Omnis ſeruiendi placebat occaſio. Nec iam reorum expetebatur euentus, cum eſſet vnus. Cœnabat Paulus Prætorius in conui-

uio quodam, imaginem Tiberij Cæſaris habens exſculptam, eminente gemma. Rem ineptiſſimam fecero, ſi nunc verba quęſiero, quemadmodum dicam illum Matellã ſumpſiſſe. Quod factum ſimul & Maro ex notis illius temporis veſtigatoribus notauit, & ſeruus eius quo nectebantur inſidiæ, ei ebrio annulum extraxit. Et cũ Maro conuiuas teſtaretur admotam eſſe imaginem obſcœnis, & iam ſubſcriptionem componeret, oſtendit in manu ſua ſeruus annulũ. Si quis hũc ſeruũ vocat, & illum conuiuam vocabit.

Homo ampliſſimæ fortunæ ſerui interdum indiget patrocinio.

lib. 3. benefi. Sub D. Auguſto nondum hominibus verba ſua periculoſa erant, iam Moleſta Ruffus vir ordinis Senatorij inter cœnam optauerat, ne Cæſar ſaluus rediret, ex ea peregrinatione quã parabat: & adiecerat idem omnes & Tauros, & Vitulos optare. Fuerũt qui illa diligenter audirent, vt primum diluxit, ſeruus qui cœnanti ad pedes ſteterat, narrat quæ inter cœnam ebrius dixiſſet. Hortatur eum, vt Cæſarem occupet, atque ipſe ſe deferat. Vſus conſilio, deſcendenti Cæſari occurrit. Et cum malam mentem ſe habuiſſe pridiè iuraſſet, id vt in ſe & filios ſuos recideret, optauit: & Cæſarem vt ignoſce-

noſceret ſibi, rediretque in gratiam ſecum, rogauit. Cum dixiſſet Cæſar ſe facere. Nemo, inquit, crederet te mecum in gratiam rediiſſe, niſi aliquid mihi donaueris. Petitque non faſtidiendam, & propitio ſummam, & impetrauit. Cæſar ait, mea cauſa dabo operam, ne vnquam tibi iraſcar. Honeſtè Cæſar quod ignouit, quod liberalitatem clementiæ adiecit. Quicunque hoc audiuerit exemplum, neceſſe eſt Cæſarem laudet, ſed cum ſeruum ante laudauerit: non expectas, vt tibi narrem manumiſſum, qui hoc fecerat? pecuniam pro libertate eius Cæſar numerauit.

Poſt tot exempla non eſt dubium quin beneficium aliquando à ſeruo dominus accipiat. Quare potius perſona rem minuat, quam perſonam res ipſa cohoneſtet? Eadẽ omnibus principia, eademque origo. Nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Siue libertini ante nos habentur, ſiue ſerui, ſiue exterarum gentium homines. Erigite audacter animos, & quicquid in medio ſordidi iacet, tranſilite. Expectat vos in ſummo, magna nobilitas. Quid ſuperbia in tantam vanitatẽ attollimur; vt beneficia à ſeruis indignemur accipe ſe, & ſortem eorum ſpectemus

obliti

obliti meritorum? Vide plura hiſce de rebus in titulo de Nobilitate.

Ira dominis nociua.

li. 3. de ira. Iracundus dominus quoſdam in fugam ſeruos egit, quoſdam in mortem: quanto plus iraſcendo quam id erat, propter quod iraſcebatur, amiſit.

Fortuna nihil aufert ſapienti.

li. 2. de trãqu. vitę. Lætiores videbis quos nunquã fortuna reſpexit, quam quos deſeruit. Vidit hoc Diogenes, vir ingentis animi, & effecit ne quid ſibi eripi poſſet. Cuius ſeruus vnicus fugerat, nec eum reducere cum monſtraretur, tanti putauit. Turpe eſt, inquit, Mathen ſine Diogene poſſe viuere, Diogenem ſine Mathén nõ poſſe. Videtur mihi dixiſſe: Age tuum negotium fortuna, nihil apud Diogenem iam tui eſt: fugit mihi ſeruus, imò liber abijt.

Quot ſeruos habemus, totidem habemus hoſtes.

Epiſt. 5. lib. 6. Prouerbio iactatur: Totidem eſſe hoſtes, quos ſeruos. Verum hæc præcepti mei ſumma eſt: Sic cum inferiore viue, quemadmodum tecum ſuperiorem velis viuere. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in ſeruum liceat, veniet in mentem, tantundem te in domino tuo licere. At igo, inquis, nullum habeo dominum: bona ætas eſt, forſitan habebis. Neſcis qua ætate

Hecu-

Hecuba ſeruire cœperit, qua Crœſus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes? Viue cum ſeruo clementer, comitem quoq; & in ſermonem admitte, & in conſilium, & in conuictum.

Serui diligendi, & in familiaritatem admittendi.

Non eſt quod amicum tantum in foro & in curia quæras. Si diligenter attenderis, & domi inuenies. Sępe bona materia ceſſat ſine artifice. Tenta & experire, quemadmodum ſtultus eſt, qui equum empturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius ac frenos: Sic ſtultiſſimus eſt, qui hominem aut ex veſte, aut ex cõditione, quæ veſtis modo nobis circundata eſt, æſtimat. Seruus eſt, hoc illi non nocebit. Oſtende quis non ſit. Alius libidini ſeruit, alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes timori. Dabo cõſularem aniculæ ſeruitutẽ, dabo ancillulę diuitẽ? Oſtendam nobiliſſimos iuuenes mancipia Pãtonomimorum? Nulla ſeruitus turpior eſt, quam voluntaria. Quare non eſt, quo minus ſeruis tuis hilarem te pręſtes, & non ſuperbè ſuperiorem. Colant potius te, quam timeant. Ibid.

In volente non eſt ſeruitus.

Repugnanti, non volenti neceſſitas eſt: in volente neceſſitas non eſt. Itaque dico, qui imperia libens accipit, Epiſt. 5. lib. 8.

partem acerbiſsimam ſeruitutis effugit. Non qui iuſſus aliquid facit, ſed qui inuitus, miſer eſt.

Epi. 1. li. 11. Vita ſi moriendi virtus abeſt, ſeruitus eſt.

Epi. 2. lib. 14. Etiam ſub marmore atque auro ſeruitus babitat.

Epiſt. 4 li. 14. Nemo liber eſt qui corpori ſeruit.

Liber quis.

lib. 3. natur. quæſt. Liber eſt, qui ſeruitutem effugit ſuam. Hæc eſt aſſidua ſeruitus, & ineluctabilis, & per diem ac noctem æqualiter premens, ſine interuallo, ſine cõmeatu. Sibi ſeruire, grauiſſima ſeruitus eſt: quam diſcurere facilè eſt, ſi deſieris multa poſcere: ſi deſieris tibi ferre mercedem: ſi ante oculos & naturam tuã poſueris, & ætatem, ac tibijpſe dixeris: quid inſanio? quid anhelo? quid ſudo? quid terram verſo? duid forum viſo? Nec multo opus eſt, nec diu.

Natura neminem facit ſeruum.

li. 7. declam. & 4. cõtrou. Neminem natura fecit liberum, neminem ſeruum: impoſuit fortuna nomina hæc ſingulis. Nuper & nos ſerui fuimus. Seruus Rex fuit.

libr. 3. contro uerſ. Hæc eſt dominorum in ſeruos conſuetudo: Tamdiu vobis cordi ſumus, quamdiu vſui.

In prouer. Aliena homini ingenuo, acerba eſt ſeruitus.

Heu

Heu quam miſerum eſt diſcere ſeruire, vbi ſis doctus dominari. Ibid.

Honeſtè ſeruit, qui ſuccumbit tempori. Ibid.

Minus eſt quàm ſeruus dominus, qui ſeruos timet. Ibid.

Qui ſeruis crudelis eſt, oſtendit in alijs voluntatem non deeſſe, ſed poteſtatem. Ibid.

DE SENIBVS ET SENECTVTE.

CAP. CLXXXXIII.

Senectus ſine virtutis decore inhonorabilis.

NIhil turpius eſt, quam grandis natu ſenex, qui nullum aliud habet argumētum, quo ſe probet diu vixiſſe præter ætatem. li. 1. de trāqu. vitę.

Senes difficiles & queruli ſunt. li. 2. de ira.

Senes pueri moribus.

Authoritatem habemus ſenum, vitia puerorum: nec puerorum tantum, ſed infantium. Epi. 4. lib. 1.

Senibus longioris vitæ ſpes fallax.

Nemo tam ſenex eſt, vt non improbè vnum diem ſperet. Epi. 12. lib. 1.

Quid eſt turpius, quam ſenex viuere incipiens? Epiſt. 1. lib. 2.

Turpè eſt ſeni ſemper ex commentario ſapere.

Turpè eſt ſeni, aut proſpicienti ſenectutē, ex cōmentario ſapere. Nihil Epiſt. 4 lib. 4.

enim habent generoſi. Nam memoriam ſemper in alienis exercuerunt. Aliud eſt meminiſſe, aliud ſcire. Meminiſſe eſt, rem commiſſam memoriæ cuſtodire. At contrà ſcire, eſt & ſua facere quęque, nec ab exemplari pendere, & toties ad magiſtrum reſpicere, Aliquid interſit inter te & librũ. Quouſque diſces? Iam præcipe, quid eſt quare audiam quod legere poſſum? Multum, inquit, viua vox facit.

Ridiculoſa res ſenex elementarius.

Epiſt. 1 lib. 5. Quemadmodum omnibus annis ſtudere honeſtũ eſt: ita non omnibus inſtitui. Turpis & ridiula eſt elementarius ſenex. Iuueni parendum eſt, ſeni vtendum.

Seneca in ſenectute idem qui puer.

Epiſt. 5. libr. 8. Ego id ago ſenex, eadem velle, quæ puer volui. In hoc vnum eunt dies, in hoc noctes: hoc opus meum, hæc cogitatio eſt, imponere veteribus malis finem. Id ago, vt mihi inſtar totius vitæ, ſit dies. Nec me Hercule tanquam vltimum rapio: ſed ſic illum aſpicio, tãquam eſſe etiam vltimus poſſit. Paratus exire ſum, & ideo fruor vita: quia quamdiu futurum hoc ſit, non minus pendo. Ante ſenectutem curaui vt bene viuerem: in ſenectute, vt bene moriar. Bene autem mori, eſt libenter mori.

Sene-

Senectutis fructus quis. Epiſt. 1. lib. 18.

Ingentis animi eſt, aliena cauſa ad vitam reuerti, quod magni viri ſæpe fecerunt. Sed hoc quoque ſummæ humanitatis exiſtimo, ſenectutem ſuam cuius maximus fructus eſt, ſecurior ſui tutela, & vitæ vſus animoſior.

Senectus inſanabilis morbus eſt. Epiſt. 1. lib. 19.

Aſtutè dum celatur, ſe ætas indicat. In prouerb.

Fruſtra cum ad ſenectutem ventum eſt, repetes adoleſcentiam. Ibid.

Iners ſenectus adiuuat baculo gradum. In Hercule furẽte.
Prima langueſcit ſenum
Memoria, longo laſſa ſublabens ſitu.
Lætitia iuuenẽ, frons decet triſtis ſenem. In Oedipo.

DE SERMONE.

CAP. CLXXXXIV.

In Hippolyt.

Sermo noſter qualis eſſe debeat.

SErmo tuus non ſit inanis, ſed aut ſuadeat, aut moneat, aut conſoletur, aut præcipiat. lib. de quatu. virtut.

Non te moueat dicentis auctoritas: nec quis, ſed quid dicat intendito. Nec quam multis, ſed quibus placeas, cogita. Ibid.

Sermones vtiles magis quam facetos & amabiles ama, rectos potius quam obſecundantes. Miſcebis interdum ſerijs iocos, ſed tẽperatos, & ſine detrimento dignitatis ac verecundiæ. Ibid.

Rari ſermonis ipſe, ſed loquẽtium patiens eſto. Ibid.

lib. de morib. Imago animi ſermo eſt, qualis vir, talis oratio.

DE SECVRITATE.
CAP. CLXXXXV.

lib. 6. natur. quæſt. IMperitis fit magna ex deſperatione ſecuritas.

DE SPE. CAP. CLXXXXVI.

Epi. 4. lib. 3. SOllicitus eſt, & incertus ſui, quem ſpes aliqua proritat, licet ad manũ ſit, licet non ex difficili petatur, licet illum nunquam ſperata deceperint.

Spes vitæ fallax.

Epiſt. 1. libr. 17. In ſpe viuentibus, proximum quodque tempus elabitur.

Epiſt. 2. li. 18. Spem improborum vitabis, ſi nihil habueris quod cupiditatem alienam & improbam irritet, ſi nihil inſigne poſſederis.

lib. 6. natur. quæſt. Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem.

Spei vis renouat lapſa.

li. 5. declam. Tolle ſpẽ hominibus, nemo victus retẽtabit arma. Nemo infœliciter experta negociatione, alios appetet quæſtus. Nemo naufragus viuet. Spes eſt vltimũ aduerſarum rerum ſolatium.

libr. de morib. Spes premij ſolatium fit laboris.

Qui nil poteſt ſperare, deſperet nihil.

DE SEPVLTVRA.
In Medea. CAP. CLXXXXVII.

Natura reum proſpicit, ne quis inſepultus ſit.

Ne

NE quis inſepultus eſſet, rerum natura proſpicit. Quem ſæuitia proiecit, dies condet. Dilertè Mœcenas ait: Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos. Epiſt. 4. l. 14.

Æquiore animo filium in angulo fleuit, qui vidit acerba funera, etiam ex regia duci. li. 3. de ira.

Æquat omnes cinis: pares naſcimur, pares morimur. Epiſt. 3. li. 14.

Sepulchri iactura eſt facilis.

Nulla terra eſt aliena mortuo. Facilis iactura ſepulchri lib. de remedijs fortui.

Omnis ſepultura tormentum eſt. Vltra pœnarum omnium terminum, iſte locus eſt. Ibid.

Sepultura quomodo inuenta.

Non defunctorum cauſa, ſed viuorum inuenta eſt ſepultura: vt corpora & viſu & odore fœda amouerentur. Ibid.

Ducuntur ex plebea domo funera, ducuntur & ex regia. Ibid.

Quid eſt miſerius in vita, quam velle mori? Quid in morte, quam ſepeliri non poſſe? Quis miretur eum mori voluiſſe, quem fugientē quoque fortuna perſequitur Omnibus natura ſepulturam dedit. Naufragorum idem fluctus qui expulit. Suffixorum corpora crucibus, in ſepulturam ſuam defluunt. Eos qui viui vruntur pœna funerat. lib. 8. declamat,

In Tro- *Ille tot regum parens*
ade. *Caret ſepulchro Priamus, & flamma indiget*
Ardente Troa.

DE SEVERITATE.
CAP. CLXXXXVIII.

SEueritas cum maximū remedium
lib. 1. habet, aſſiduitate amittit auctori-
de cle- tatem.
mētia. Non minus principi turpia ſunt
Ibid. multa ſupplicia, quam medico multa funera.

Crudelitatis diffinitio.

li. 2. de Crudelitas nihil aliud eſt, quam a-
clemé- trocitas animi in exigendis pœnis.
tia. Qua terra patet, fera regnat Erin-
lib. 4. nys. In facinus iuraſſe putes.
natur. Sæueritatem abditam, clementiam
quæſt. in procinctu habet.
In pro- Sæueritas aſſidua amittit auctori-
uer. tatem.
Ibid. Sæueriſſimè nos aduerſum peccan-
Ibid. tes gerimus, & ipſi eadem committimus.

DE SPECVLO.
CAP. CLXXXXIX.

Quare paſſim omnibus ſpeculo ſit vtendum.

libr. 1. INuenta ſunt ſpecula, vt homo ipſe
natur. ſe noſceret. Multi ex hoc cōſecuti,
quæſt. primò ſui notitiā: deinde & quoddam conſilium. Formoſus, vt vitaret infamiam,

miam. Deformis, vt ſciret redimendum eſſe virtutibus, quicquid corpori deeſſet. Iuuenis, vt flore ætatis admoneretur, illud tempus eſſe diſcendi, & fortia audiẽdi. Senex, vt indecora carnis deponeret, & de morte aliquid cogitaret. Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit, noſmetipſos vidẽdi. Fons cuiq; perlucidus, aut leue ſaxum imaginem reddit. Nuper me in littore vidi, Cum placidum ventis ſtaret mare. Iam verò ſpeculum, ornatus tantũ cauſa adhibetur. Nulli non vitio muneratio, neceſſariũ factum eſt.

DE SIMVLATIONE.

CAP. CC.

NIhil ſimulatio proficit, paucis imponit leuiter extrinſecus inducta facies, veritas in omnem partem ſui ſemper eadem eſt. Epiſt. 3. li. 11.

Vtiliſſima eſt diſſimulata ſubtilitas, quæ effectu apparet, & habitu latet. li. 1. declam.

Nunquam bonæ honeſtatis ſimulatio longa eſt. lib. de morib.

Sunt multi qui plurimum verbis, non re contemnunt: ſed ipſa quę ſpernunt, clam furantur. In prouerb.

DE SOLITVDINE.

CAP. CCI.

Solitudo imprudentibus nocet.

CRates (vt aiunt) Stiibonis auditor, cum vidiſſe adoleſcentulum Epi. 10. lib. 1.

ſecretò ambulantem, interrogauit quid, illuc ſolus faceret. Mecum, inquit, loquor, cui Crates. Caue, inquit rogo; & diligenter attende; ne cum homine malo loquaris. Lugētem, timentemque cuſtodire ſolemus; ne ſolitudine malè vtatur. Nemo eſt ex imprudētibus; qui relinqui ſibi debeat. Tūc enim mala conſilia agitant: tunc aut alijs, aut ipſis futura pericula ſtruunt. Tunc cupiditates improbas ordinant: tunc quicquid aut metu, aut pudore animus cælabat; exponit: tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam inſtigat.

Quies placida quæ.

Epiſt. 5. lib. 7. Omnia licet foris reſonent, dum intus nihil tumultus, dum inter ſe non rixentur cupiditas & timor: dum auaritia luxuriaque non diſſideāt, nec altera alteram vexet. Nam quid prodeſt totius regionis ſilentium, ſi affectus fremunt? omnia noctis erant, tacita compoſta quiete. Falſum eſt, nulla placida quies eſt, niſi quam ratio cōpoſuit. Illa trāquillitas vera eſt, in quam bona mens explicatur.

Epiſt. 8. lib. 1. Seceſſi non tantum ab hominibus, ſed etiam à rebus, & primum à rebus meis.

Poſterorum negotium ago. Illis aliqua quæ poſſint prodeſſe, conſcribo:

ſalutares admonitiones, velut medicamentorum vtilium compoſitiones, literis mando. Rectum iter quod ſero cognoui, & laſſus errãdo, alijs mõſtro.

Solitudo non omnibus conuenit.

Non eſt per ſe magiſtra ſolitudo innocentiæ, nec frugalitatem docẽt rura. Sed vbi teſtis ac ſpectator abſceſſit, vitia ſubſidunt: quorum monſtrari & conſpici, fructus eſt. Epiſt. 6. li. 14.

Non aliter viuas in ſolitudine, aliter in foro. In prouer.

Solitudinem quærit, qui cupit cum innocentibus viuere. Ibid.

DE SOMNO ET SOMNIIS.

CAP. CCII.

GRauis ſopor etiam ſomnia extinguit, animumq́; altius mergit, quàm vt vti vllo intellectu ſui poſſit. Quare vitia ſua nemo cõfitetur, quia etiam nunc in illis eſt. Somnium narrare vigilantis eſt: vitia ſua confiteri ſanitatis indicium. Epiſt. 2. lib. 7.

Seneca breuiſſimo ſomno vtebatur.

Conſuetudinem meam noſti. Breuiſſimo ſomno vtor, & quaſi interuigilo, ſatis eſt mihi vigilare deſijſſe. Aliquando dormiſſe me ſcio, aliquando ſuſpicor. Epiſt. 1. li. 12.

Vitam nobiſcum diuidit ſomnus. Epiſt 3. lib 21

Multi officia lucis noctiſq́; peruertunt.

Turpis qui alto Sole ſemiſomnis iacet, Epiſt. 3.

lib. 22. iacet, cuius vigilia in medio die incipit, & adhuc multis hoc antelucanum eſt. Sunt qui officia lucis, noctiſq; peruertunt: nec ante deducāt oculos heſterna graues crapula, quam appetere nox cœpit. Qualis illorum conditio dicitur, quos natura (vt ait Virgilius) ſedibus noſtris ſubditos è contrario poſuit. Noſque vbi primus equis oriens afflauit anhelis, Illis ſera rubēs accendit lumina veſper.

l. de remed. fortuit Non eſt grauior foris, quam domi ſomnus.

Quare Eteſiæ dicantur ſomniculoſi.

lib. 5. natur. quæſt. Eteſiæ ob hoc ſomniculoſi à nautis & delicati vocantur, quod (vt ait Gallio) manè neſciunt ſurgere: eo tempore ferè incipiūt prodire, quo ne pertinax quidem aura eſt: q̃ non accideret, ſi vt auras, ita illos Sol commoueret.

DE SOLATIO.

CAP. CCIII.

Solatium eſt miſeris, ſocium habere in pœnis.

lib. 4. cōtrouerſ. SOlatium eſt cum multis pati.

DE SPIRITV.

CAP. CCIV.

Spiritus S. in vno quoque viro bono habitat.

Epi. 6. li. 1. SAcer inter nos ſpiritus ſedet, malorum, bonorumque noſtrorum obſeruator.

Errorſchwn

ſeruator & cuſtos: hic prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. Bonus vir ſine Deo nemo eſt. An poteſt aliquis ſupra fortunam, niſi ab illo adiutus exurgere? Non poteſt res tanta ſine adminiculo numinis ſtare. Itaque maiore ſui parte illic eſt vnde deſcendit. Quemadmodum radij Solis contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt vnde mittuntur: ſic animus magnus ac ſacer, & in hoc demiſſus, vt propius quidem diuina noſcemus: conuerſatur quidem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ.

Quæ ſit ſpiritus vehementia.

Nullus eſt ſine intentione ſpiritus cantus. Cornua & tubæ, & ea quæ aliqua preſſura maiorem ſonitum reddunt, quàm qui ore reddi poteſt, nõne aëris intenſione partes ſuas explicant? Conſideremus quam ingentem vim per occultum agant paruula admodum ſemina, & quorum exilitas in commiſſura lapidum locum inueniat, in tantum coaleſcant, vt ingentia ſaxa trahant, & in momenta diſſoluant, ſcopulos rupeſq; radices in terra minutiſſimæ ac tenuiſſimæ findunt. Hoc quid eſt aliud, quàm intenſio ſpiritus, ſine qua nihil validum, & contra quã nihil validius eſt? Eſſe autem vnitatẽ in aëre, vel ex hoc intelligi poteſt,

lib. 2. natur, quæſt.

Q 7 quod

quod corpora noſtra inter ſe cohærẽt. Quid enim aliud eſt, quod tenet ea, quam ſpiritus? Quid eſt aliud quo animus noſter agitatur? Quis eſt illi motus, niſi intenſio? Quæ intenſio, niſi ex vnitate? Quæ vnitas, niſi hoc eſſet in aere? Quid autem producit fruges, & ſegetem imbecillam, acvirentes erigit arbores, ac diſtendit in ramos, aut in altum erigit, quam ſpiritus intenſio & vnitas?

libr. 6. natur. quæſt. Spiritus inuicta res eſt.

DE STVLTITIA.

CAP. CCV.

Stultis ſua non placent.

Epiſt. 9. li. 1. NIſi ſapienti ſua non placent: omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui.

Stultitia ſemper incipit viuere.

Epiſt. 1. lib. 2. Inter cætera mala, hoc quoque habet ſtultitia proprium, ſemper incipit viuere.

Vita ſtulti ingrata.

Epiſt. 3. lib. 2. Stulti vita ingrata eſt, trepida eſt, tota in futurum fertur.

Sicut ſtultitia nil pacatum habet: ita ſapientia imperturbata permanet.

Epi. 2. lib. 8. Nil ſtultitia pacatum habet. Tam ſupernè illi metus eſt, quam infra. Vtrumque trepidat latus. Sequuntur pericula & occurrunt, ad omnia pauet, imparata eſt, & ipſis terretur auxilijs. Sapiens autem ad omnem occurſum

curſum munitus, & intentus: non ſi paupertas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, pedem referet. Interritus & contra illa ibit, & inter illa.

Imperitis ac rudibus nullus præcipitationis eſt finis. Epiſt. 3. li. 10.

Stultitia ſumma quæ.

Nihil ſtultius, quam aliquem eo ſibi placere, quod ipſe non fecit. Omnia iſta à nobis abſcedant, non hæreant: vt ſi abducantur, ſine vlla noſtri laceratione diſcedant. Vtamur illis, non gloriemur: & vtamur parcè, tanquam depoſitis apud nos, & abituris. Epiſt. 5. li. 10.

Stultis omnia eueniunt inopinatè.

Stultis & fortunæ credentibus, omnis videtur noua rerum & inopinata facies. Magna enim pars apud imperitos mali, nouitas. Ideo ſapiens aſſueſcit futuris malis, & quæ alij diu patiendo læuia faciunt, hic læuia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum dicentium: Neſciebam hoc mihi reſtare. Sapiens ſcit ſibi omnia reſtare: quicquid factum eſt, dicit: ſciebam. Epiſt. 7. li. 19.

Stultitia eſt & temeritas damnare quod neſcias. Epiſt. 3. li. 14.

Stultitia ſumma quæ.

Nihil eſt miſerius nec ſtultius, quã ſemper timere. Epi. 2. lib. 16.

Scauri ſæuitia.

li. 2. cō-trou. Scaurus nullam ſtultitiam impunitam tranſire paſſus eſt.

DE STVDIO.

CAP. CCVI.

Studium literarum laudabilem reddit naturam.

libr. 1. de trā-quil. vitæ. SI te ad ſtudia reuocaueris, omne vitæ faſtidium effugies: nec noctem fieri optabis tædio lucis, nec tibi grauis eris, nec alijs ſuperuacuus: multos in amicitiam attrahes, affluetque ad te optimus quiſque.

In ſtudio modum ſerua.

lib. 1. de trā-quil. vitæ. Vitioſum eſt vbique quod nimium. Studiorum quoque quæ liberaliſſima impenſa eſt, tam diu rationem habet, quam diu modum. Quo mihi innumerabiles libros, & Bibliothecas, quarum dominus vix tota vita ſua indices perlegit? Onerat diſcentem turba, nō inſtruit: multoque ſatius eſt paucis te authoribus tradere, quam errare per multos. Quadraginta millia librorū Alexandriæ arſerunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monimentum. Alius laudauerit, ſicut Liuius, qui elegantię regum, curæque egregium id opus fuiſſe ait. Non fuit elegantia illud, aut cura: ſed ſtudioſa luxuria, imo nec ſtudioſa quidem: quoniam non in ſtudium, ſed in ſpectaculum comparauerat.

Paretur itaque librorum quantum ſatis ſit, nihil in apparatum.

Viua vocis energia.

Plus tibi & viua vox & conuictus, quam oratio proderit. Homines ſemper amplius oculis quam auribus credunt. Longum iter eſt per præcepta, breue & efficax per exempla. Epiſt. 6 lib. 1.

Seneca indefeſſum animi ſtudium.

Vt prodeſſe pluribus poſſem, nullus mihi per otium dies exit: partem noctium ſtudijs vendico, non vaco ſomno, ſed ſuccumbo: & oculos vigilia fatigatos, cadenteſq; in opere detineo. Illis aliqua quæ poſſint prodeſſe conſcribo: ſalutares admonitiones, velut medicamentorum vtilium compoſitiones literis mando. Epiſt. 8. lib. 1.

Animus interdum à ſtudijs relaxandus.

Neque ego te ſemper iubeo immineree libro, aut tabulis, aut pugillaribus. Dandum eſt aliquod interuallũ animo: ita tamen vt non reſoluatur, ſed vt remittatur. Geſtatio & corpus concutit, & ſtudio non officit. Poſſis legere, poſſis dictare, poſſis loqui, poſſis audire, quorum nihil nec ambulatio quidem vetat fieri. Epiſt. 3. lib. 2.

Non poteſt ſtudium ſalutare fieri, ſine frugalitatis cura: frugalitas autẽ paupertas voluntaria eſt. Epiſt. 5. lib. 2.

Vnam-

Epiſt. 4. li. 9. Vnamquamlibet rem vix ad perfe-ctũ adducit, aſſidua vigilia & intentio.

Tempus omne ſemper ſtudijs aptum.

Epiſt. 3. li. 10. Tempus nullum eſt parum idoneũ ſtudio ſalutari: atqui multi inter illa non ſtudent, propter quæ foret ſtudendum.

Otium ſine literis mors.

Epiſt. 6. li. 11. Otium ſine literis mors eſt, & hominis viui ſepultura.

Studia ad virtutes animum præparant.

Epi. 3. libr. 13. Liberalibus ſtudijs filios erudimus, non quia virtutem dare poſſunt, ſed quia animum ad accipiendam virtutẽ præparant. Quemadmodum prima illa, vt antiqui vocabant, literatura, per quam pueris elementa traduntur, nõ docet liberales artes, ſed mox percipiendis locum parat: ſic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, ſed expediunt,

Didymus quatuor millia librorum edidiſſe fertur.

Epi. 3. Plus ſcire velle, quam ſatis eſt, intemperantiæ genus eſt. Quatuor millia librorum Didimus grammaticus ſcripſit: miſer erat, ſi tam multa ſuperuacua legiſſet.

Epiſt. 1. li. 14. Stude, vt non plus alijs ſcias, ſed vt melius.

Epi. 1. l. 18. Inter ſtudia verſandum eſt, & inter authores ſapientiæ: vt quæſita diſcamus

mus, nondum inuenta quęramus.

Literarum abuſio.

Paucis opus eſt ad mentem bonam vti literis: ſed nos vt cętera in ſuperuacuum diffundimus, ita philoſophiam ipſam. Quemadmodum omnium rerum, ſic literarum quoque intemperantia laboramus. Non vitæ, ſed ſcholæ diſcimus. Epi. 3. libr. 18.

Studendi cupiditas moderanda.

Cupiditas diſcendi, quam flagitare tot video, inprimis ſcribam quemadmodum dirigenda ſit, ne ipſa impediat. Nec paſſim carpenda ſunt, nec auidè inuadenda vniuerſa, per partes, peruenitur ad totum. Aptari onus viribus debet, nec plus occupari, quam cui ſufficere poſſimus. Non quantum vis, ſed quantum capis hauriendũ eſt: bonum tantum habe animum, capies quantum voles. Quo plus recipit animus, hoc ſe magis laxat. Epiſt. 1. li. 19.

DE SVSPICIONE.

Cap. CCVII.

AD triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpicio. Amans quod ſuſpicatur vigilans, ſomniat. In prouerb. Ibid.

DE STILO.

Cap. CCVIII.

QVorumcunque ſtilus eſt velox, tardior memoria eſt. li. 1. declam.

DE

DE SVBTILITATE.

CAP. CCIX.

Subtilitas nimia in omnium rerum perſcrutatione vitanda.

Epiſt. 3. li. 13. AVdi quantum mali faciat nimia ſubtilitas, & quam infeſta veritati ſit. Pythagoras ait, de omni re diſputari poſſe ex æquo. Et de hac ipſa, an omnes res in vtramque partem diſputabilis ſit. Nauſiphantes ait, ex his quæ videntur eſſe, nihil magis eſſe, quam non eſſe. Parmenides ait, ex his quæ vidētur nihil eſſe in vniuerſo, Zenon Celantes omnia negotia de negotio deiecit, ait, nihil eſſe. Circa eadem ferè Pyrrhonij verſantur & Megarici, & Cretici, & Academici, qui nouam induxerunt ſcientiam, nihil ſcire.

lib. 1. declamat. Neſcio an maximum vitium ſubtilitatis ſit, nimis ſe oſtendere. Magis nocent inſidiæ quæ latent. Vtiliſſima eſt diſſimulata ſubtilitas, quæ effectu apparet, & habitu latet.

DE TACITVRNITATE.

CAP. CCX.

lib. 1. declamat. QVædā ſatius eſt cauſæ detrimēto tacere, quā inuerecundè dicere.

Mulier quid ſileat.

Libr. 3. cōtrouerſ. Mulier tantum id tacet, quod neſcit. Silentium videtur confeſſio.

In hoc incumbe, vt libentius audias quam loquaris.

Quod

Quod tacitum eſſe velis, nemini dixeris. Si tibi non imperaſti, quomodo ab alio ſilentium ſperas? Ibid.

Magna res eſt, vocis & ſilentij temperamentum. Ibid.

Qui neſcit tacere, neſcit & loqui. Ibid.

Miſerum eſt tacere cogi, quod cupias loqui. In prouer.

Alium ſilere quod voles, prius ſile. In Hippolyt.

DE TERRA ET TERRÆ MOTV. CAP. CCXI.

Vnde terræ motus.

CAuſam qui terra concutitur, alij in aqua eſſe, alij in ignibus, alij in ipſa terra, alij in ſpiritu putauere, alij in pluribus, alij in omnibus his. lib. 6. natur. quæſt.

Tranquillitas aeris præcedit terræ motum.

Cum terræ motus futurus eſt, præcedit aeris tranquillitas & quies: videlicet, quia vis ſpiritus, quæ concitare ventos ſolet, inferni ſede detinetur. Ibid.

Similitudo de ægritudine corporis, & terræ naturalis concuſſione.

Quemadmodum in corpore noſtro dum bona valetudo eſt, venarum quoque inperturbata mobilitas modum ſeruat, vbi aliquid aduerſi eſt, micat crebrius, & ſuſpiria atque anhelitus, laborantis ac feſſi ſigna ſunt: Ita terræ quoque, dum illis poſitio naturalis eſt, inconcuſſæ manent, cum aliquid peccatur, tũc velut ægri corporis mo- Ibid.

tus

tus eſt, ſpiritu illo qui modeſtius perfluebat, icto vehementius, & quaſſante venas ſuas.

Terra ſtiritu plena eſt, & eundem naſcentibus rebus adminiſtrat: imò & ſtellæ eodem aluntur

Ibid. Totum hoc cœlum, quod igneus æther, mundi ſumma pars claudit, omnes hæ ſtellæ, quarum inueniri non poteſt numerus: omnis hic cœleſtium cœtus, & (vt alia præteream) hic tam propè à nobis agens curſum Sol, omni terrarum ambitu non ſemel maior, alimentum ex terreno trahunt, & inter ſe partiuntur. Nec vllo alio ſcilicet, quam halitu terrarũ ſuſtinentur. Hoc illis alimentum, hic paſtus eſt. Non poſſet autem tam multa tantaque, & ſeipſa maiora terra nutrire, niſi plena eſſet animæ: quam per diem ac noctẽ ab omnibus partibus ſuis fundit. Fieri enim non poteſt, vt non multum illi ſuperſit, ex qua tantum petitur ac ſumitur, ad tempus quidem, quod exeat naſcitur. Nec enim eſſet perẽnis illi copia ſuffecturi in tot cœleſtia ſpiritus, niſi inuicem iſta excurrerent, & in aliud alia ſoluerentur.

Quare nonnunquam inſulæ, vrbes, & montes corruant.

Ibid. Thuciddides ait, circa Peloponneſiaci belli tempus Atalantam inſulam aut

aut totam, aut certè maxima ex parte ſuperfuſam. Idem Sidoniæ accidiſſe Poſſidonio crede. Nec ad hoc teſtibus opus eſt. Meminimus enim terris interno motu diuulſis, loca diſiecta, & campos interijſſe. Quod iam dicam, quemadmodum exiſtimem fieri: Cum ſpiritus magna vi in vacuum terrarū locum penitus applicuit, cœpitque rixari, & de exitu cogitare, latera ipſa inter quæ latet ſæpius, percutit, ſupra quæ vrbes interdum ſitæ ſunt: Hæc nonnunquam adeò concutiuntur, vt ædificia ſuperpoſita procūbant. Nonnunquam in tantum, vt parietes, quibus fertur omne regimen caui, decidant in illum ſubteriacentem locum, totæque vrbes in immenſam altitudinem vergant. Si velis credere, aiunt, aliquando Oſſam Olimpo cohæſiſſe, deinde terrarum motu receſſiſſe, & ſciſſam vnius magnitudinē montis, in duas partes, tunc effugiſſe Peneon qui Paludes, quibus laborabat Theſſalia ſiccauit, abductis in ſe quæ ſine exitu ſtagnauerant aquis: Ladon flumen inter Helim & Megalempolim medius eſt, quem terrarum motus effudit.

Omnes infantes terra nudos excipit. lib. de morib.

DE TEMPORE.

CAP. CCXII.

Glorioſa temporis eſt Parſimonia

Nemo

lib. de breuit. vitæ.

NEmo inuenitur qui pecuniam ſuam diuidere velit: vitam verò vnuſquiſq; ſuam quam multis diſtribuit. Aſtricti ſunt in continendo patrimonio, ſimul ad temporis iacturam ventum eſt, profuſiſſimi in eo, cuius vnius honeſta auaritia eſt.

Vita noſtra in tria tempora ſecatur.

libr. de breuit. vitæ.

In tria tempora vita diuiditur, quod eſt, quod fuit, & quod futurum eſt. Ex his quod agimus, breue eſt: quod acturi ſumus, dubium: quod egimus, certum.

Vita præſens curſus.

Ibid.

Præſens tempus breuiſſimum eſt, adeo quidem vt quibuſdam nullum videatur, in curſu enim ſemper eſt. Fluit, & præcipitatur: ante deſinit eſſe, quam venit. Nec magis moram patitur, quã mundus, aut ſydera: quorum irrequieta ſemper agitatio, nunquam in eodẽ veſtigio manet.

Iactura temporis triplex.

Epiſt. 1. lib. 1.

Perſuade tibi hoc ſic eſſe vt ſcribo, quædam enim tempora ſurripiuntur nobis, quædam ſubducuntur, quædã effluunt. Turpiſſima tamen eſt iactura, quæ per negligentiam venit: & ſi volueris attendere, magna vitæ pars labitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium

um tempori ponat? qui diem æſtimet qui intelligat ſe quotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem quaſi procul eſſe cõijcimus: magna pars eius iam preterijt, quicquid ętatis retro eſt, mors tenet. Fac rego quod ſcribo, omnes horas cõplectere: ſic fiet vt minus ex craſtino pendeas, ſi hodierno manum inieceris. Dum differtur; vita tranſcurrit. Omnia aliena ſunt, tempus tantum noſtrum eſt. Ratio mihi conſtat impenſæ.

Velocitas temporis.

Infinita eſt velocitas temporis, quæ magis apparet reſpicientibus. Nam ad præſentia intentos fallit, adeò præcipitis fugæ trãſitus leuis eſt. Nec poſſunt longa interualla eſſe in ea re, quæ tota vix eſt. Epi. 6. li. 6.

Punctum eſt quod viuimus, & adhuc puncto minus. Ibid.

Vita perfecta non clauditur tempore.

Quemadmodum in minori corporis habitu poteſt homo eſſe perfectus: ſic & in minore temporis termino poteſt eſſe vita perfecta. Ætas inter externa eſt. Epiſt. 5. lib. 14.

Tempori parce. Epiſt. 6 li. 14.

Tempus edax rerum.

Reſpice celeritaten temporis rapidiſsimi, cogita breuitatem huius ſpacij, perquod citatiſsimi currimus. Ob- Epiſt. 4 lib. 16.

ſerua hunc comitatum generis humani, eodem tendentis minimis interuallis diſtinctum; etiam vbi maxima videntur. Quem putas periiſſe, præmiſſus eſt. Interuallis diſtinguimur, exitu æquamur. Hoc quod inter primum diem & vltimum iacet, varium & incertum eſt. Si moleſtias æſtimas puero longum: ſi velocitatem, etiam ſeni anguſtum. Nil non lubricum & fallax, & omni tempeſtate mobilius. Iactantur cuncta, & in contrarium exeunt iubente fortuna: & in tanta volutatione rerum humanarum, nil cuiquam niſi mors certum. Propone profundi temporis vaſtitatem, & vniuerſum complectere. Deinde hoc quod ætatem vocamus humanam, compara immenſo, videbis quam exiguum ſit quod optamus, quod extendimus. Dimidium ex hoc edormitur. Adijce labores, luctus, pericula: & intelliges etiam in longiſſima vita, nimium eſſe quod viuitur.

Tempus rata lege voluitur.

Epiſt 1. libr.17. Voluitur tempus rata quidem lege, ſed per obſcurum.

Ibid. Qui quotidie vitæ ſuæ ſummam manum impoſuit, non indiget tẽpore.

Ibid. In ſpe viuentibus, proximum quodque tempus elabitur.

Tempus habet alas.

Fugit

Fugit irreparabile tempus. Epiſt. 1. lib. 19.

Agit nox, agiturq́; velox dies, inſcij rapimur. Virg. li. 3. Geor.

Optima quæque dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſq́; ſenectus,
Et labor, & dura rapit inclementia mortis.

Tempus noſtrum precioſum.

Non tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit, vt aliquid ex illo vacet perdere. Aliud valetudo ſua cuique abſtulit, aliud ſuorum, aliud neceſſaria negotia, aliud publica occupauerunt. Vitam nobiſcum diuidit ſomnus: & hoc tempore tam anguſto & rapido, & nos auferente, quid iuuat maiorem partem mittere in vanum? Epiſt. 3. lib. 21.

Tempus humanæ vitæ triplex.

Tempus tribus partibus conſtat, præterito, præſenti, & futuro. Epiſt. 5. lib. 22.

Tempus præſentis vitæ quam ſit fluxum.

Omnia feres conſtanter, ſi cogitaueris nihil intereſſe inter exiguum tempus, & longum. Horę ſunt quas perdimus. Puta dies eſſe, puta menſes, puta annos: perdimus illos, nempe perituros. Quid oro te refert, ſi non perueniam ad illos? Fluit tempus & auidiſſimos ſui deſerit. Nec quod futurũ lib. 6. natur. quæſt.

 eſt,

eſt, meum eſt: nec quod fuit, in puncto fugientis temporis. Pendeoque & magni eſt, modicum fuiſſe. Eleganter ille Lælius ſapiens, dicenti cuidam: Sexaginta annos habeo. Hos, inquis, dicis ſexaginta, quos non habes? Nonne ex hoc quidem intelligimus incomprehenſibilis vitæ cõditionem, & ſortem temporis ſemper alieni, quod annos annumeramus amiſſos?

Tribus temporibus animus eſt aptandus.

li. de 4. virtut. Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur. Præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare. Nam qui nihil de præterito cogitat, perdet vitam qui nihil de futuro pæmeditatur, in omnia incautus incidit.

lib. de morib. Sæpe quæ ſanari ratione non poterant, ſanata ſunt tempore.

Exhortatio lepidiſſima ad peragendum bonum.

In Hippolyt. *Ætate fruere, mobili curſu fugit.*
Optimos vitæ dies
Effluere prohibe.

Ibid. *Dum licet vtere.*
Tempus ſed tacitum ſubruit, horaq;
Semper præterita deterior ſubit.

In Medea. *Nullum ad nocendum tempus anguſtum eſt malis.*

InHercule furēte. *Nouit paucos*
Secura quies, qui velocis

Memo-

Memores aui tempora nunquam
Reditura tenent.
Volat ambiguis mobilis alis. In Hippolyto.
Hora.

DE TESTE. CAP. CCXIII.

NVllum putaueris locum ſine teſte. lib de morib.

DE TIMORE.
CAP. CCXIV.

Quem quis timet, odit.

NEmo amat quos timet. lib 4. beneſi.

Metus nullus ingrato. Ibid.

Timeri time.

Laberianus ille verſus, qui medio ciuili bello in theatro ductus, totum in ſe populum non aliter conuertit, quam ſi miſſa eſſet vox publici affectus: Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent. Ita natura conſtituit, vt quod alieno metu magnum eſt, à ſuo non vacet. Quicquid terret, & trepidat. lib. 2. de ira.

Caſtigatio ſit moderata.

Tēperatus timor cohibet animos: aſſiduus verò, & acer, & extrema admouens, in audaciam iacentes excitat, & omnia experiri ſuadet. lib. 1. de clemētia.

Acerrima virtus eſt, quam vltima neceſſitas extundit: relinquat oportet ſecuri aliquid metus: multoque plus ſpei quam periculum oſtentet. Alioquin vbi quieſcenti paria metiuntur, Ibid.

incurrere pericula iuuat, & aliena animaabuti.

Epiſt. 2. lib. 2. Multis timendi attulit cauſas timeri poſſe.

Epi. 3. lib. 3. Nemo tam timidus eſt, vt malit ſemper pendere quam ſemel cadere.

Futura pericula ſunt præmeditanda.

Epiſt. 5. lib. 3. Si vis omnem ſollicitudinem exuere, quicquid vereris ne eueniat, euenturum propone: & quodcunque illud eſt malum, tecum ipſe metire, ac timorem tuam taxa: intelliges profectò aut non magnum, aut non longum eſſe quod metuis.

Metus inanis omnes ſollicitat.

Epiſt. 5. li. 10. Omnium animos mala aliena ac repentina ſollicitant: quemadmodum aues etiam inanis fundæ ſonus territat: ita nos non adictum tantum exagitamur, ſed ad crepitum.

Epi. 6. lib. 11. Quæ latebra eſt, in quam non intret metus mortis? Quæ tam emunita & in altum ſubducta vitę quies, quem dolor non territet? Quocunque te abdideris, mala humana circumſtrepent. Multa extra ſunt, quæ circumeunt nos, quæ aut fallant, aut vrgeāt. Multa intus, quæ in media ſolitudine exæſtuant. Philoſophia circumdanda eſt inexpugnabils murus, quem fortuna multis machinis laceſſitum non tranſit. In inſuperabili loco ſtat animus,

mus, qui externa deſeruit: & arce ſe ſua vendicat, infra illum omne telum cadit.

Metuenda declina, & quicquid conſilio proſpici poteſt, proſpice. Epiſt. 3. lib. 16.

Stultitia ſumma qua.

Nihil eſt miſerius nec ſtultius, quam ſemper timere. Ibid.

Quicquid terret & trepidat.

Timeri tam domi moleſtum eſt, quam foris: tam à ſeruis, quam à liberis, Nulli non ad nocendum ſatis virium eſt. Adijce nunc, quod qui timetur, timet. Nemo potuit terribilis eſſe ſecurè. Epiſt. 2 li. 18.

Stultum eſt timere, quod vitare non poſſis. l. de remed. fortuit

Si vultis nihil timere, cogitate omnia eſſe timenda: circumſpicite quam leuibus cauſis diſcutiamur. libr. 6. natur. quæſt.

Animus vereri qui ſcit, ſcit tutò ingredi. In prouer.

Heu quam eſt timendus, qui mori tutum putat. Ibid.

Honeſtus timor alterum patrimonium eſt. Ibid.

Timidus cautum ſe vocat, ſordidus parcum. Ibid.

Tutiſſima res eſt nihil timere præter Deum. Ibid.

Metus dum venit, rarum habet ſonus locum. Ibid.

In Agamemn. *Metum auget, ſcelus qui obruit ſcelere.*
Quod metuit auget, qui ſcelere ſcelus obruit.

In Thyeſte. *Quos cogit metus.*
Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.

In Oedipo. *Qui pauet vanos metus, veros fatetur.*
Prona eſt timori ſemper in peius fides.

In Hercule furēte. *Timor quibus abeſt.*
Cuius haud vltra mala,
Exire poſſunt, loco in tuto eſt ſitus.

In Oedipo. *Solent extrema ſecuros facere mala.*
Miſerrimū eſt timere, cum ſperes nihil.

Ibid. *Iuſtum eſſe facilè eſt, cui vacat pectus metu.*

In Troade. *Qui ſceptra duro ſæuus imperio regit.*

In Octauia. *Timet timentes, metus in auctorē redit.*

DE TONITRVO.

CAP. CCXV.

In Oedipo. lib. 2. natur. quæſt.

Quid tonitrua & fulminis fulgurationes.

SPiritus incidens nubibus tonitrua edit, & deinde cum luctatur, per obſtantia & interciſa vadens, ipſa ignem fuga accendit. Anaximander: Tonitrua, inquit, ſunt nubis ictę ſonus. Quare autem inæqualia ſunt? quia & ipſe ictus inæqualis eſt. Quare & ſereno tonat: quia tunc & per curſum & ſiccum aera ſpiritus proſilit. At quare aliquando non fulgurat, & tonat? quia tenuior & infirmus ſpiritus, qui in flammam non valuit, in ſonum valuit.

valuit. Quid eſt ergo ipſa fulguratio? aeris diducentis ſe, corruentiſq; iactatio, languidum ignem, nec exiturum apparens. Quid eſt fulmen? Atrioris, denſioriſq; ſpiritus curſus. Diogenes Apolloniates ait, quædã tonitrua igne, quædam ſpiritu fieri. Illa ignis facit, quę ipſe antecedit, & nunciat. Illa ſpiritus, quæ ſine ſplendore crepuerunt.

Diſtinctio tonitruorum.

Tonitrua quidam dictinxêre, vt dicerent vnum eſſe genus, cuius ſit graue murmur, quale terrarum motum antecedit clauſo vento fremente. Hoc quomodo illis videatur fieri dicam: Cum ſpiritum inter ſe clauſere nubes, in concauis partibus earum volutatus aer, ſimilem mugitibus ſonum raucum, & æqualem, & continuum. Itaq; vbi etiam illa regio humida eſt, exitum claudit. Ideo huiuſmodi tonitrua venturi prænuncia imbris ſunt. Ibid.

Tonitrua nihil aliud ſunt quam citi aeris ſonitus, qui fieri, niſi dum aut terit, aut rumpitur, non poteſt. Et ſi colliduntur, inquit, nubes inter ſe, fit is quem deſiderat ictus, ſed non vniuerſus. Non enim tota totis concurrunt, ſed partibus partes. Non ſonant mollia, niſi illiſa duris ſint. Itaq; non auditur fluctus, niſi impactus. Ignis, Ibid.

inquit, dimiſſus in aquam, ſonat dum extinguitur.

DE TYRANNIS.

CAP. CCXVI.

In prouerb. TYrannus à rege diſtat factis, non nomine.

Tyranni dum timentur, timent.

In Oedipo. *Qui ſceptra duro ſæuus imperio regit,*
Timet timẽtes, metus in autorem redit.

In Hercule furẽte. *Qui morte multos luere ſupplicium iubet*
Neſcit tyrannus eſſe, diuerſa irrogat.
Miſerum veta perire, fœlicem iube.

Ibid. *Vidi cruentos carcere includi duces.*
Et impotentis terga plebeia manu.
Scindi tyranni.

DE TRISTITIA.

CAP. CCXVII.

Naturale eſt aduerſis contriſtari.

Epiſt. 2. li. 21. NAturale eſt opinionibus hominũ tangi, & aduerſis contriſtari.

lib. de moribus. Triſtitiam ſi potes, ne admiſeris: ſin minus, ne oſtenderis.

In prouer. Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpitio.

In Hippolyt. *Lætitia iuuenẽ, frons decet triſtis ſenem.*

DE VARIETATE.

CAP. CCXVIII.

In prouerb. IVcundum nihil eſt, niſi quod reficit varietas.

DE VERITATE.

CAP. CCXIX.

Veritas ſemper ſui ſimilis eſt.

VEritas in omnẽ partem ſui, ſemper eadem eſt. Epiſt. 3. li. 11.

Omnes malè habet ignorantia veri, tanquam ad bona feruntur decepti rumoribus Deinde mala eſſe, aut inania, aut minora, quam ſperauerint adepti, ac multa paſſi vident: maiorq; pars miratur ex interuallo fallentia. Epi. 4. lib. 21.

Non omne veriſimile eſt verum.

De dubijs non definias, ſed ſuſpenſam tene ſententiam: nihilque inexpertum affirmes, quia nõ omne veriſimile, ſtatim verum eſt: ſicut & ſæpius quod primum incredibile videtur, non continuo falſum eſt. Crebrò ſiquidem faciem mendacij veritas retinet. Crebrò mendacium ſpecie veritatis obcluditur. Nam ſicut aliquando triſtẽ frontem amicus, & blandam adulator oſtendit: ſic veriſimilitudine coloratur veritas, & vt fallat vel ſurripiat, coloratur. libr. de 4. virt.

Teſtimonium veritati, non amicitiæ reddes. Ibid.

Veritas ſit ſemper precioſa tibi.

De fide & religione ſcias agi vbicunque de veritate tractatur. Nam ſi iureiurando Deus inuocetur, & non inuocanti teſtis eſt, tamen non tranſies veritatem, ne iuſtitiæ tranſeas regulam. Ibid.

In Troade. *Veritas nunquam latet.*

Quid verba quæris? Veritas odit moras.

In Oedipo.

DE VERECVNDIA.

CAP. CCXX.

Obſcœna etiam ſuam habent verecundiam.

lib. 1. natur. quæſt. SCelera conſpectum ſuum reformidant. In perditis quoque, & ad omne dedecus expoſitis, tenerrima eſt oculorum verecundia. Eſt aliqua etiam proſtitutis modeſtia: & in illa corpora publico obiecta ludibrio aliquid, quo infœlix patientia lateat: obtendunt, adeò quodam modo lupanar quoque verecundum eſt.

li. 7. declam. Eſt proxima innocentiæ verecũdia.

In prouer. Recta ingenia debilitat verecũdia, praua confirmat audacia.

DE VENIA.

CAP. CCXXI.

li. 2. de ira. QVàm ſæpe veniam qui negauit, petijt: quam ſępe hic pedibus eius aduolutus eſt, quē à ſuis repulit.

Contentio ſemper inutilis.

Ibid. Cum pare contendere, anceps eſt: cum ſuperiore furioſum: cum inferiore ſordidum.

Mordentem remordere puſilli hominis eſt.

Ibid. Puſilli hominis & miſeri eſt, repetere mordentem, vt mures & formicæ, ad quas ſi manum admoueris, ora con-

conuertunt. Imbecillia ſe lædi putãt, ſi tanguntur.

Veniæ diffinitio.

Venia eſt pœnæ meritæ remiſſio. li. 2. de clemé-tia.

Facilitas ignoſcendi principibus primum honeſtamentum.

Nihil quicquam pulchrius exiſtimo faſtigio collocatis, quam multarũ rerum veniam dare, & nullius petere. libr. de cõſol. ad Martiam.

Neſcio an nemo ad dandam veniam difficilior ſit, quam qui illam petere ſæpius meruit. lib. 1. de clemẽtia.

Alteri ſemper ignoſcito, tibi ipſi nũquam. lib. de morib.

Ignoſcere humanum, vbi pudet cui ignoſcitur. In prouerb.

Parcendũ eſt improbis ciuibus, non aliter quam membris languentibus. Ibid.

Det ille veniã facile, cui venia opus eſt. In Agamemn.

DE VENTO. CAP. CCXXII.

Ventus quid.

VEntus eſt fluens aer. Quidam ita diffinierunt: Ventus eſt aer fluẽs in vnam partem. lib. 5. natur. quæſt.

Nullum tempus magis quam nebuloſum caret vento. Ibid.

Ventorum cauſa quæ.

Hanc ſolam eſſe cauſam venti exiſtimo, aquarum terrarumue euaporationes. Ex his grauitatẽ aeris fieri, deinde ſolui impetu: cumque denſa ſteterint, vt eſt neceſſe, extenuata nitun- Ibid.

tur inter ampliorem locum.

Quatuor venti cardinales, vt deſcribit Ouidius.

Venti quatuor ſunt, in ortum, occaſum, meridiem, ſeptentrionemque diuiſi. Cæteri quos varijs nominibus appellamus, his applicantur. Eurus ad auroram Nabatheaque regna receſſit, Perſidaque & radijs iuga ſubdita matutinis. Veſper & occiduo quæ littora Sole tepeſcunt. Proxima ſunt Zæphyro, Scythiā ſeptemquetriones Horrifer inuaſit Boreas, contraria tellus, Nubibus aſſiduis pluuioque madeſcit ad Auſtro. Vel ſi breuius illos complecti mauis, in vnam tempeſtatē (quod fieri nullo modo poteſt) congregentur: Vna Euruſque Notuſque ruunt, creberque procellis Africus, Et qui locum in illa rixa non habuit, Aquilo.

Abuſus maris, ac ventorum hac tempeſtate maximus.

Ibid. Non in hoc prouidentia ac diſpoſitor ille mundi Deus, aera ventis exercendum dedit, & illos ab omni parte, ne quid eſſet ſitu ſqualidum, effudit, vt nos claſſes partem freti occupaturas compleremus milite armato, & hoſtem in mari, aut poſt mare inquireremus Quæ nos dementia exagitat, & in mutuum compellit exitiū? Quid in

in arma cogimus populos? Quid exercitus ſcribimus directuros aciem in medijs fluctibus? Quid maria inquietamus? Num parum ad mortes noſtras terra latè patet? Miſeri quid quæritis mortem, quæ vbique ſupereſt?

Quare Deus ventos mundo tribuerit.

Dedit ille ventos ad cuſtodiendam cœli, terrarumque temperiem: ad euocandas, ſupprimendaſque aquas: ad alendos ſatorum atq; arborum fructus, quos ad maturitatem cum alijs cauſis adducit ipſa iactatio: attrahens cibum in ſumma, & ne torpeant, promouens. Dedit ventos ad vlteriora noſcenda. Fuiſſet enim imperitum animal, & ſine magna experientia rerum homo, ſi circumſcriberetur naturalis ſoli fine. Dedit ventos, vt commoda cuiuſque regionis fierent communia: non vt legiones equitemque geſtarent, nec vt pernicioſa gentium arma tranſueherent. Ibid.

Si beneficia naturæ vtentium prauitate perpendimus, nihil non noſtro malo accepimus? Cui videre expeditur? Cui loqui? Cui non vita tormentum eſt? Nihil inuenies tam manifeſtè vtilitatis, quod non in contrarium transferat culpa. Sic ventos quoque natura bonos futuros inuenerat, ipſi illos contrarios fecimus. Ibid.

Omnes

Omnes in aliquod nos malum ducũt, &c. Egregiè Plato dicit: nimia eſſe quæ homines emant vita. Imò Lucili chariſs.ſi bene furorem illorum exiſtimaueris, id eſt noſtrum: magis ridebis, cum cogitaueris vita parari ea, in quibus vita conſumitur.

Omnis ventus inuictus.

lib. 6. natur. quæſt. Indomita naturæ potentia libera eſt, vtique cum concitatius ſibi ius ſuum vindicat. Spiritus verò inuicta res eſt. Nihil enim erit quod luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras imperio premat, & vinculis ac carcere frenet.

DE VITA. CAP. CCXXIII.

libr. 3. benefi. Mora non fit beatior vita.

Viuendum cum quibus.

lib. 3. de ira. Cum placidiſſimis, & facillimis, & minimè obnoxijs, moroſiſque viuendum eſt.

Vbi multitudo, ibi confuſio.

lib. 3. de ira. Quemadmodum per frequentia vrbis loca properanti, in multos incurſitandum eſt, & alicubi labi neceſſe eſt, alicubi retineri, alicubi aſpergi. Ita in hoc vitæ actu diſſipato, & vago multa impedimenta, multæ quærelæ incidunt. Alius ſpem noſtram fefellit, alius diſtulit, alius intercepit.

Vita humana concepta ſimilis.

Bion

Bion dixit: Omnia hominum negotia ſimilia nuptijs eſſe: nec vitam illorum magis ſanctam aut ſæueram, quam conceptus inchoatos. lib. I. de trãquil. vitæ.

Vita humana an breuis dicenda.

Non exiguum temporis habemus, ſed multum perdimus. Satis longa vita, & in maximarum rerum conſummationem largè data eſt, ſi tota bene collocaretur. Sed vbi per luxum ac negligentiam defluit: vbi nulli rei bonæ impenditur, vltima demum neceſſitate cogente, quam ire non intelleximus, tranſiſſe ſentimus. Ita eſt, non accepimus breuem vitam, ſed fecimus: nec inopes eius, ſed prodigi ſumus. Sicut amplæ & regiæ opes, vbi ad malũ dominum peruenerũt, momento diſſipantur, at quamuis modicæ, ſi bono cuſtodi traditæ ſunt, vſu creſcunt: Ita ætas noſtra bene diſponenti multum patet, qua ſi ſcias vti, longa eſt. libr. de breuit. vitæ.

Vita quando ſera.

Quam ſerum eſt tunc viuere incipere, cum dẽſinendum eſt. Ibid.

Diſce viuere ſimul & mori.

Viuere in tota vita diſcendum eſt. Quod magis mirandum eſt, in tota vita diſcendum eſt mori. Tot maximi viri relictis omnibus impedimentis, cum diuitijs, officijs, voluptatibus renuunciaſſent, hoc vnum in extremam lib. de breuit. vitæ.

mam vſque ætatem egerunt, vt viuere ſcirent.

Omnis dies veluti vltimus vitæ ſit, penſandus.

lib. de breuit. vitæ. Præcipitat quiſque vitam ſuam, & futuri deſiderio laborat, præſentium tædio. At ille qui nullum non tempus in vſus ſuos confert, qui omnes dies tanquam vitam ordinat: nec optat craſtinum, nec timet. Quid enim eſt, quod iam vllam horam nouæ voluptatis poſſit afferre? Omnia vota ad ſatietatē percepta ſunt, de cætero foro, fortuna vt volet, ordinet, vita iam in tuto eſt. Cæterū non eſt quod quēpiā propter canos aut rugas putes diu vixiſſe: Non ille diu vixit, ſed diu fuit.

Dilatio vitæ.

Ibid. Maximum viuendi impedimentum eſt, expectatio, quæ pendet ex craſtino, perdis hodiernum.

lib. de conſolat. ad Mart. Nulli cōtingit impunè naſci. Plena & infeſta varijs caſibus vita eſt: à quibus nulli longa pax, vix induciæ ſunt.

Vita humana fallax.

Ibid. Nihil eſt tam fallax, quā vita humana: nihil tā inſidioſum: nō me Hercule, quiſquā accepiſſet, niſi daretur inſcijs. Itaque fœliciſſimum eſt non naſci, proximum puto breuitate vitę defunctos, citò in integrum reſtitui.

Vita præſens magnis ingenijs oneroſa.

Nun-

Nunquam magnis ingenijs chara in corpore mora eſt. Exire atque erumpere geſtiunt: ægrè has anguſtias ferunt vagi, per omne ſublimes, & ex alto aſſueti humana deſpicere. Sic ingenia quę illuſtriora breuiora ſunt. lib. de cōſol. ad Mar.

Dum differtur vita tranſcurrit. Epiſt. 1. li. 1.

Vita cui inquieta nec ſecura.

Nulli poteſt ſecura vita contingere; qui de producenda nimis cogitat: qui inter magna bona multos conſules numerat. Epiſt. 4. li. 1.

Vita noſtra conueniat cum multitudine.

Id agamus, vt meliorem vitam ſequamur, quam vulgus: non vt contrariam, alioqui quos emēdari volumus, fugamus, & à nobis auertimus. Nempe propoſitum noſtrum eſt ſecundum naturam viuere. Hoc contra naturam eſt, torquere corpus ſuum. Epiſt. 5. li. 1.

Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat: Sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant. Epiſt. 10. li. 1.

Stulti vita ingrata.

Stulti vita ingrata eſt, trepida eſt, tota in futurum fertur. Epi. 3. libr. 2.

Nemo aliter, ait Epicurus, quam quomodo natus eſt, exit è vita. Epiſt. 3. lib. 3.

Nemo quam bene viuat, ſed quam- Ibid.

diu

diu curat: cum omnibus poſſit contingere, vt bene viuant, vt diu nulli.

Vita imperfecta quæ.

Epiſt. 4. li. 3. Moleſtum eſt, ait Epicurus, ſemper vitam inchoare: quia malè viuunt qui ſemper viuere incipiunt.

Ibid. Quidam tunc viuere incipiunt, cũ deſinendum eſt. Si hoc iudicas mirũ, adijciam quod magis admireris. Quidam ante viuere deſierunt, quam inciperent.

Amor vitæ minuendus,

Epiſt. 7. lib. 3. Vna eſt cathena quæ nos alligatos tenet amor vitæ, quæ vt non eſt abijciendus, ita minuendus eſt: vt ſi quãdo res exiget, nihil nos detineat, nec impediat, quo minus parati ſimus, quod quandoque faciendum eſt, ſtatim facere.

Epiſt. 5. li. 3. Vir fortis & ſapiens non fugere debet è vita, ſed exire: & ante omnia ille quoq; vitetur affectus, qui multos occupauit, libido ſcilicet moriendi.

Epiſt. 1. li. 10. Non viuere bonum eſt, ſed bene viuere.

Ibid. Non omni pretio vita emenda eſt.

Epiſt. 1. li. 11.

Vita hominis quando perfecta.

Vita non eſt imperfecta, ſi honeſta eſt. Vbicunque deſinet, ſi bene deſinis, tota eſt. Tullius Marcellinus adoleſcens quietus, & citò ſenex, morbo & non inſanabili correptus, ſed longo & mole-

moleſto, & multa imperante, cœpit deliberare de morte, conuocauit cõplures amicos: vnuſquiſque aut quia timidus erat, id illi ſuadebat, quod ſibi ſuaſiſſet: aut quia adulator & blandus, id conſilium dabat, quod deliberanti gratius fore ſuſpicabatur, Amicus noſter Stoicus homo egregius, & (vt verbis illum quibus laudari dignus eſt, laudem) vir fortis ac ſtrenuus, videtur mihi optimè illum cohortatus. Sic enim cœpit: Noli mi Marcelline torqueri, tanquam de re magna deliberes. Non eſt res magna viuere: omnes ſerui tui viuunt, omnia animalia. Magnum eſt honeſtè mori, prudenter fortiter. Cogita quamdiu iam idem facias: cibus, ſomnus, libido, per hunc circulum curritur. Mori velle nõ tantum prudens & fortis, aut miſer, ſed etiam faſtidioſus poteſt.

Vita humana quando ſeruitus.

Vita ſi moriendi virtus abeſt, ſeruitus eſt. Epiſt. 1. li. 11.

Vita omnis breuis.

Nulla vita eſt non breuis. Nã ſi ad naturam rerum reſpexeris, etiam Neſtoris & Sathanę breuis eſt: quę inſcribi monumẽto ſuo iuſſit annis ſe 99. vixiſſe. Vides illam gloriari ſenectute longa, quis ferre potuiſſet, ſi contigiſſet centeſimum implere? Ibid.

Vita

Vita præſens fabula.

Ibid. Quomodo fabula, ſic vita: non quã diu, ſed quam bene acta ſit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco deſinas, quocunque voles deſine, tantum bonam clauſulam impone.

Contemptus mortis remedium totius vitæ.

Epi 2. libr. 11. Totius vitę remedium eſt, contemnere mortem. Nihil triſte eſt cum huius metum effugimus. Tria hæc in omni morbo grauia ſunt: metus mortis, dolor corporis, intermiſſio voluptatum.

Vita quibus breuis.

Ibid. Neceſſe eſt ijs videre omnem vitam breuem, qui illam voluptatibus vanis, & ideò infinitis metiuntur.

Vita quibus longa.

Ibid. Poſſidonius ait: Vnus dies hominũ eruditorum plus patet, quam imperiti longiſſima ætas.

Inſtruenda eſt vita exemplis illuſtribus.

Epiſt. 1. li. 12. Sic viuendũ eſt tanquã in conſpectu omniũ viuamus: ſic cogitandum, tanquã aliquis in pectus intimũ proſpiciat. Quid aũt prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretũ? Nihil Deo clauſum eſt. Intereſt animis noſtris, & cogitationib⁹ medijs interuenit. Sic interuenit dico, nõ tanqã aliquãdo diſcedat.

Beata

Beata vita perfectio inexuperabile bonum.

Beata vita bonum in ſe perfectum habet inexuperabile, quod ſi eſt perfecta, beata eſt. Si Deorum vita nihil habet maius aut melius, beata autem vita diuina eſt, nihil habet quo amplius poſſit attolli. Præterea ſi beata vita nullius eſt indigens, omnis beata vita perfecta eſt, eadem quæ eſt, & beata, & beatiſſima. Nunquid dubitas quin beata vita ſummum bonum ſit, ergo ſi ſummum bonum habet, ſummè beata eſt, quemadmodum ſummum, adiectionem non recipit. Quid enim ſupra ſummum erit? ita ne beata vita quidem vita, quæ ſine ſummo bono non eſt. Epiſt. 3. li. 12.

Inter peritura viuimus.

Hoc vnum ſcio, omnia mortalium opera, mortalitate damnata ſunt: inter peritura viuimus. Epiſt. 3. li. 14.

Beata vita quid.

Quid eſt autem beata vita? ſecuritas & perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit conſtantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? ſi veritas tota perfecta eſt: ſi ſeruatus eſt in rebus agendis ordo, modus, decor, & innoxia voluntas, aut benigna, intenta rationi. Nec vnquam ab iſta recce- Epiſt. 4. li. 14

recedens, amabilis ſimul, mirabiliſ-
que.

Ibid. Beata vita non poteſt reſcindi, nec remitti quidem: & ideò virtus ad illã per ſeipſa ſatis eſt. Quid ergo, inquit ſapiens, & non eſt beatior qui diutius vixerit, quem nullus auocauit dolor: quã ille qui cũ mala fortuna ſæpe luctatus eſt? Reſponde mihi, nunquid & melior eſt, & honeſtior? Si hæc non ſunt, nec beatior quidem eſt. Rectius viuat oportet, vt beatius viuat: ſi rectius non poteſt, ne beatius quidem.

Longa vita an expetenda.

Epiſt. 5. li. 14. Non vt diu viuamus curandum eſt, ſed vt ſatis. Nam vt diu viuas, fato opus eſt: vt ſatis, animo. Longa eſt vita, ſi plena eſt: impletur autem, cum animus ſibi bonum ſuum reddidit, & ad ſe poteſtatem ſui tranſtulit. Quid illi octoginta anni iuuant per inertiam exacti? Non vixit iſte, ſed in vita moratus eſt: nec ſerò mortuus, ſed diu. Octoginta annis vixit. Intereſt mortem eius ex quo die numeres. At ille obijt viridis, ſed officia boni ciuis, boni amici, boni filij executus eſt. In nulla parte ceſſauit, licet eius ætas imperfecta ſit, vita perfecta eſt.

Vita qua longa.

Ibid. Quæris quod ſit ampliſſimum vitæ
ſpa-

ſpatium? Vſque ad ſapientiam viuere. Qui ad illam peruenit, attingit non longiſſimum finem, ſed maximum. Quid quæris quamdiu vixerit, vixit: ad poſteros vſque tranſilijt, & ſe in memoriam dedit.

Vita quando ſatis bene inſtructa.

Quemadmodum qui iaculari diſcit, deſtinatum locum captat, & manum format ad dirigenda quæ mittit. Cum hanc vim ex diſciplina & exercitatione percepit, quocunque vult ea vtitur: didicit enim non hoc aut illud ferire, ſed quodcunque voluerit: Sic qui ſe ad totam vitam inſtruxit, non deſiderat particulatim admoneri, doctus in totum. Monitorem non deſiderabit ad ſingula, qui dicat: Sic incede, ſic cœna: hoc viro, hoc feminæ, hoc marito, hoc cœlibi conuenit. Epi. 6. lib. 14.

Virtuoſa vita ad beatitudinem capeſcendam imprimis neceſſaria.

Quemadmodum primum militiæ vinculum eſt religio, & ſingulorum amor, & deſerendi nephas, tunc deinde facilè cętera exiguntur, mandaturque inſiurandum adactis: Ita in his quos velis ad beatam vitam perducere, prima fundamenta iacenda ſunt, & inſinuanda virtus, huius quadam ſuperſtitione teneantur, hanc ament, Epiſt. 1. lib. 15.

cum hac viuere velint, ſine hac nolint.

Ibid. Vita ſine propoſito vaga eſt.

Ibid. Beata vita conſtat ex actionibus rectis.

Epiſt. *Vita hominis militia.*

1. li. 16. Viuere militare eſt.

Dimidia pars vitæ dormiendo amittitur.

Epi. 4. lib. 16. Propone profundi temporis vaſtitatem, & vniuerſum complectere: deinde hoc quod ætatem vocamus humanam, compara immenſo, videbis quam exiguum ſit quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lachrymæ, quantum ſolicitudines occupant, quantum mors antequam veniat optata: quantum valetudo, quantum timor, quantum tenēt aut rudes, aut inutiles anni. Dimidium ex hoc edormitur. Adijce labores, luctus, pericula: & intelliges etiam in longiſſima vita, minimum eſſe quod viuitur.

Spes vitæ fallax.

Epiſt. 1. li. 17. Inſere nunc Melibœe piros, pone ordine vites, quam ſtultum eſt ætatem diſponere, cum nec craſtino dominemur. O quanta dementia eſt, ſpes longa inchoantium, Emam, ædificabo: credam, exigam, honores geram: tum demum laſſam, & plenam ſenectutem in otium referam Omnia mihi crede, etiā fœlicibus dubia ſunt. Nihil ſibi quiſquam de futuro debet pro-

promittere. Id quoque quod tenetur, per manus exit, & ipſam quam præimus horam, caſus incidit. Voluitur tempus tata quidem lege, ſed per obſcurum.

Vita ſingulis diebus ad terminum tendit.

Nemo ſit noſtrum, quàm propè verſetur vitę terminus. Sic itaque formemus animum, tanquam ad extremum ventum ſit. Nihil differamus: quotidie cum vita paria faciamus. Maximum vitę vitium eſt, quod imperfecta ſemper eſt: quod etiam aliquid ex illa differtur. Qui quotidie vitæ ſuæ ſummam manum imponit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia, timor naſcitur, & cupiditas futuri excedens animum. Nihil eſt miſerius dubitatione vehementer irruentium, quorſum euadant. Quantum ſit illud quod reſtat, aut quale, collecta mens inexplicabili formidine agitatur. Quomodo effugiemus hanc volutationem? Vno, ſi vita noſtra non prominebat, ſi in ſe colligitur. Ille enim ex futuro ſuſpēditur, cui irritum eſt præſens. Ideo proſpera viuere, & ſingulos dies, ſingulas vitas puta. Qui hoc modo ſe aptabit, cui vita ſua quotidie fuit, ſecurus eſt. In ſpe viuentibus, proximum quodque tempus elabitur, ſubitque auiditas, Ibid.

& miſerrimum atque miſerrima omnia efficiet metus mortis.

Epiſt. 1. li. 18. Vnus eſt huius vitæ fluctuantis & turbidæ portus, euentura contemnere, ſtare fidenter ad portum: tela fortunæ aduerſo pectore excipere: non latitantem, nec tergiuerſantem.

Epiſt. 4 lib. 19. Nemo vitam ſuam bene rexit, niſi qui contempſit.

Epiſt. 5 li. 19. Homines vitam ſuam & amant ſimul & oderunt.

libr. de reme-dijs fortui. lib. 4. Vitę multa debemus, morti nihil.

Omnes malè viuunt, & in ſcenam velut ruſticus poeta proſiliuit.

Multos vitam differentes, mors inopinata præuenit.

natur. quæſt. Heu quam pœnitenda incurrunt, viuendo diu.

lib. de moribus. Homo vitę commodatus, non donatus eſt.

In prouer. Malè viuunt qui ſe ſemper victuros putant.

Ibid. Omnes vitam differentes, mors incerta præuenit.

Ibid. omnis itaque dies velut vltimus ordinandus eſt.

Ibid. Volunt homines ita præceptum eſſe vt viuunt: non ita viuere, vt præceptum eſt.

Vt homines læti viuant, admonitio lepidiſſima.

In Hercule furente.

Dum fata ſinunt
Viuite læti, properat curſu

Vita

Vita citato, volucriq́ue die.
Rota præcipitis vertitur anni.
Duræ peragunt penſa ſorores,
Nec ſua retrò fila reuoluunt.
At genus hominum fertur rapidis
Obuia fatis, incerta ſui,
Stygias vltrò quærimus vndas.

DE VINDICTA.
CAP. CCXXIV.

Videbis ea ſæpe committi, quæ ſæpe vindicantur. Libr. 1. de clemētia.

Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira.

Sunt Dij immortales lenti quidem, ſed certi vindices generis humani: & magna exempla in caput inuenientium regeſſerunt, vt iuſtiſſima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitauit ſupplicio, ſæpe excipiat ſuo. lib. 10. declamat.

Honeſtum & magnum genus vindictæ eſt ignoſcere. libr. de quatu. virtut.

In vindicando criminoſa eſt celeritas. Introade.

Nunquam ſcelus ſcelere vindicandum eſt. Ibid.

Sæpe vindicta obfuit. In Hercule furente.

DE VI ET VIOLENTIA.
CAP. CCXXV.

Omnis violentia breuis.

Nvlla tempeſtas magna perdurat. Procellæ quantò plus habent virium, tantò minus temporis. Venti libr. 7. natur. quæſt.

cum ad ſummum venerunt, remittuntur omni violentia.

Epiſt. 3 li. 9. Inuidioſa potentia ac breuis eſt.

Quicquid exprimitur graue eſt.

In Octauia. Vide titulum de Imperatore, Rege, Potentia, hiſce de rebus latius.

DE VICTORIA.
CAP. CCXXVI.

Glorioſa victoria, vitia virtutibus ſuperare.

Epiſt. 2. li. 10. ID agamus, vt noſtrum omne tempus ſit. Non erit autem, niſi prius nos noſtri eſſe cœperimus. Quanto continget contemnere vtramque fortunam! Quando continget omnibus oppreſſis affectibus, & ſub arbitrium adductis, hanc vocem emittere? vici. Quem vicerim quæris? non Perſas, nec extrema Medorum, nec ſi quid vltra Dacas bellicoſum iacet: ſed auaritia, ſed ambitionem, ſed metum mortis, qui hæc vicerit, victores gentium vicit.

Epi. 3. lib. 12. Sapiēs ad vtroſque caſus aptus eſt: bonorum rector eſt, malorum victor.

Victor eſt maximus, dominator ſui.

Epi. 6. lib. 14. Multi inueniuntur, qui ignem inferant vrbibus, qui inexpugnabilia ſæculis, & per aliquot ætates tuta proſternāt, qui æquum arcibus aggerem attollant, & muros in miram altitudinem adductos arietibus, ac machinis quaſ-

quaſſant. Multi ſunt qui ante ſe agant agmina, & tergis hoſtium graues inſtent, & ad mare magnum perfuſi cæde gentium veniant. Sed hi quoque vt vincerent hoſtem, cupiditate victi ſunt.

Nulla eſt maior victoria, vitia domuiſſe. Innumerabiles ſunt, qui vrbes, qui populos habuere in poteſtate, pauciſſimi qui ſe. libr. 3. natur. quæſt.

Memoria victoriæ eſt perpetua, cum trophea tempeſtatibus cadant. libr. 1. ſua ſoriar.

Inhoneſta victoria eſt, ſuos vincere: ſatis eſt pœnarum, potuiſſe punire. lib. de morib.

Fortior eſt qui cupiditatem vincit, quam qui hoſtem ſubijcit. Ibid.

Bis vincit, qui ſe vincit in victoria. In prouer.

Iracundiam qui vincit, hoſtem ſuperat maximum. Ibid.

Putandus eſt rectè fortior, qui cupiditates tanquam hoſtes ſubijcit. Ibid.

Cùm victor arma poſuit, & victũ, decet In Hercule furente.
Deponere odia.
Victor feroces impetus primos habet.
Noſcere hoc primum decet, In Troade.
Quid facere victor debeat, victus pati.
Quodcunq; libuit facere victori, licet. Ibid.
Minimum decet libere, cui multũ licet. Ibid.

DE VIRIS. Cap. CCXXVII.

Vir bonus an miſer. lib. de diuin. proui. cap. 3.

NVnquam viri boni miſerearis, poteſt enim miſer dici, non poteſt eſſe.

 Aduer-

Ibid. cap. 2. Aduerſarum impetus rerum viri fortis non vertit animum. Manet in ſtatu, & quicquid euenit, in ſuum colorem trahit. Eſt enim omnibus externis potentior.

Ibid. cap. 1. Bonum virum Deus in delitijs non habet, experitur, indurat, ſibi illum præparat.

Ibid. Inter bonos viros ac Deum amicitia eſt, conciliatur virtute.

Ibid. cap. 4. Gaudent magni viri aliquando rebus aduerſis, non aliter quam fortes milites belli triumpho.

Ibid. Quid eſt boni viri? præbere ſe fato.

cap. 5. Ipſe ignis aurum probat, miſeria

Ibid. fortes viros.

lib. de quatu. virtut. Boni eſt viri, etiam in morte, neminem fallere.

Qualis vir talis eius eſt oratio.

libr. de morib. Non citò ruina perit vir, qui ruinam timet.

Ibid. Vir & bonus, qui intantum perduxit animum ſuum, vt non modo nolit peccare, ſed etiam non poſſit.

DE VIRTVTE.

CAP. CCXXVIII.

Virtus nemini præcluſa.

lib. 3. benefi. NVlli præcluſa virtus eſt, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat, ingenuos, libertinos, ſeruos reges, & exules. Non elegit domũ, nec cẽſum: nudo homine contẽta eſt.

Natura

Natura virtus glorioſa.

Natura glorioſa virtus, & anteire priores cupit. Ibid.

Virtus omnibus illucet.

Neminem non reperies qui non nequitiæ præmijs ſine nequitia frui malit. Maximum hoc habemus naturæ meritum, quod virtus in omnium animos lumen ſuum permitti t, etiam qui non ſequuntur illam vident. lib. 4. beneſi.

Virtutis laus.

Placet ſuaptè natura, adeoque gratioſa virtus eſt, vt inſitum ſit etiam malis, probare meliora. Ibid.

Semper contra fortunam luctata virtus etiam citra effectum propoſiti operis emicuit. lib. 7. beneſi.

Nulla virtus, eſt virtuti contraria. li. 2. de clemētia.

Virtutes ſenſim ſuccreſcunt.

Omnium virtutum conſtat tenera eſſe principia: tēpore ipſis duramentum & robur accedere. li.1.de tranquil. vitæ.

Virtus ſemper mittit ſui ſigna.

Nunquam quamuis obſcura virtus latet, ſed mittit ſui ſigna. li 1. de tranquil. vitę.

Quibus virtus eſt ira.

Virtus vt honeſtis rebus propitia eſſe: ita turpibus irata eſſe debet. li. 2. de ira.

Facilis ad virtutes via.

Nec vt quibuſdam viſum eſt, arduum in virtutes & aſperum iter eſt: plano adeuntur Omnium denique virtu- Ibid.

tum tutela facilior eſt, vitia magno coluntur.

Omnis virtus in oculis hominũ miſera eſt.

libr. de vita beata. Quam magnus mirantium, tam magnus inuidentium populus eſt.

Deſcriptio virtutis & voluptatis.

Ibid. Altum quiddam eſt virtus, excelſum & regale, inuictum, infatigabile. Voluptas humile, ſeruile, imbecillum, caducum.

Ibid. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris ſtantem, coloratam, coloſſas habentem manus. Voluptatem latitantem ſæpius, ac tenebras captantem. At virtus immortalis eſt & dilucida, nec ſatietatem habet, nec pœnitentiam. E diuerſo verò voluptas tunc cum maximè delectat, extinguitur. Quiſquis ad virtutẽ acceſſit dedit generoſo indolis ſpem. Qui voluptatem ſequitur, videtur eneruis, fractus, degenerãs: & quo magis impletur, eò magis inexplebilis eſt.

Virtus omnibus eſt in propatulo.

lib. de breuit. vitæ. Virtus in medio poſita eſt, neminem dedignatur, qui modo dignum ſe illa iudicat.

Virtus laceſſita proficit.

Epiſt. 1. li. 2. Non poteſt athleta magnos ſpiritus ad certamen afferrre, qui nunquã ſugillatus eſt. Multum enim adijcit ſibi virtus laceſſita.

Virtus

Virtus an bonis & malis admixta.

Bona ſunt quibus admixta eſt virtus. Turpia, quibus malitia coniuncta eſt. Quemadmodum ſine mixtura lucis nihil ſplendidum eſt, nihil atrum, niſi quod tenebras habet, aut aliquid in ſe traxit obſcuri: & quemadmodum ſine adiutorio ignis, nihil calidum eſt, nihil ſine aere frigidum: Ita honeſta & turpia virtutis & malitiæ ſocietas efficit. Epiſt. 3. li. 4.

Virtus non facilè dediſcitur.

Ad neminem ante bona mẽs venit, quàm mala. Omnes præoccupati ſumus virtutes diſcere, vitia dediſcere. Sed eo maiore animo ad emendationem noſtri debemus accedere, quo ſemel traditi boni perpetua poſſeſſio eſt. Non dediſcitur virtus. Contraria enim mala in alieno hærent: ideo expelli & deturbari poſſunt. Fideliter ſedent, quæ in locum ſuum veniunt. Virtus ſecundum naturam eſt: vitia inimica & infeſta ſunt. Sed quemadmodum virtutes retentę exire non poſſunt, faciliſq; earum tutela eſt: ita initium ad illas eundi arduum: quia hoc primum imbecillæ mentis atque ægræ eſt, formidare inexperta. Epiſt. 7. li. 6.

Virtus nullo eget honeſtamento.

Errare mihi viſus eſt, qui dixit: Gratior eſt pulchro veniens è corpore vir- Epiſt. 1. lib. 9.

tus. Nullo enim honeſtamento eget, ipſa enim magnum ſui decus eſt, & corpus ſuum conſecrat.

Virtuti adde modum.

Ibid. Omnis in modo eſt virtus, modus certa menſura eſt.

Virtus magnitudine ſuâ cuncta mala elidit.

Ibid. Quemadmodum minora luminaria claritas Solis obſcurat: ſic dolores, moleſtias, iniurias, virtus magnitudine ſua elidit, atque opprimit: & quocunque affulſit, ibi quicquid ſine illa apparet, extinguitur: nec magis vllam portionem habent incommoda, cum in virtutem inciderint, quàm in mari nimbus.

Deformitas corporis, non minuit decorem virtutis.

Ibid. Æquè laudabilis eſt virtus in corpore valido ac libero poſita, quam in morbido ac vincto: Ergo tuam quoq; virtutem non magis laudabis, ſi corpus illæſum tibi & integrum fortuna prçſtiterit, quã ſi ex aliqua parte mutilitatum: alioqui hoc erit & ſeruorum, habitu dominum æſtimare.

Virtute præſtantius nihil.

Epi.2. li. 9. Nihil eſt virtute præſtantius, nihil pulchrius: & bonum eſt, & optabile, quicquid ex huius geritur imperio.

Epiſt,4 lib. 10. Non eſt virtus maior quæ longior.

Virtus

Virtus ſemper ſuum ſeruat decus exemplo Coloſſi.

Paruus pamilio, licet in monte cõſtiterit, Coloſſus magnitudinem ſuam ſeruabit, etiam ſi ſteterit in puteo. Epi. 7. lib. 10.

Nullus locus virtuti anguſtus.

Eſt virtuti etiam in lectulo locus. Epi. 2. lib. 11.

Virtus conſpicua eſt.

Nulla virtus latet, & latuiſſe non ipſius eſt damnum. Epi. 3. lib. 11.

Omnis res, quod non habuit decus, virtute addita ſumit. Epiſt. 6. li. 11.

Virtus extollit hominem & ſupra cara mortalibus collocat, ſupraque omnia conſiſtit. Epiſt. 2. li. 13.

Virtus exercitatione eget.

Non dat natura virtutem. Ars eſt bonum fieri. Virtus non contingit animo, niſi inſtituto & edocto. Epiſt. 2. li. 14.

Virtus prima pars hominis.

Prima hominis pars eſt ipſa virtus. Huic committitur inutilis caro, & fluida & receptandis tantum cibis habilis, vt ait Poſſidonius. Virtus illa diuina in lubricum deſinit, & ſuperioribus eius partibus venerandis atq; cœleſtibus, animal iners ac marcidum attexitur. Illa vtcunque altera quies nihil quidem ipſa animo præſtabat, ſed impedimenta remouebat. Voluptas vltro diſſoluit, & omne robur emollit. Quæ inuenietur tam diſcors inter Epi. 4. lib. 14.

ſe iunctura corporum? Fortiſſimæ rei inertiſſima aſtruitur, ſeueriſſimæ parum ſeria, ſanctiſſimæ intemperans vſque ad indigeſta.

Virtutibus decoratis nihil obeſt.

Ibid. Hoc aduerſus virtutem poſſunt calamitates, & damna, & iniuriæ: quod aduerſus Solem poteſt nebula. Inuenitur qui dicat ſapientem corpore parum proſpero vſum, nec miſerum eſſe, nec beatum. Hic fallitur. Exæquat enim fortuita virtutibus: & tantundem tribuit virtutibus, quantum honeſtate carentibus. Quid autem fœdius, indignius, quam comparare venerãda contemptis? Veneranda enim ſunt, fides, iuſtitia, pietas, fortitudo, prudentia. E contrario vilia ſunt quæ ſæpe contingunt pleniora viliſſimis. Crus ſolidum, & lacertus, & dentes, & horum ſanitas firmitaſque.

Virtus ſolummodo beat.

Epiſt. 4. li. 14 Beata vita non poteſt reſcindi, nec remitti quidem: & ideo virtus ad illã per ſeipſa ſatis eſt.

Ibid. Rectius viuat oportet, vt beatius viuat: ſi rectius non poteſt, ne beatius quidem. Non intenditur virtus, ergo nec beata quidem vita, quæ ex virtute eſt. Virtus enim tantum bonum eſt, vt iſtas acceſſiones minutas non ſentiat, Breuitatem æui, & dolorum, & corpo-

corporum varias offenſiones. Nam voluptas non eſt digna ad quam reſpiciat. Quid eſt in virtute præcipuum? Futuro non indigere, nec dies ſuos computare, in quantolibet tempore bona æterna conſumat.

Virtus laceſſita magis proficit.

Erigitur virtus cum tacta eſt & impulſa. Epi. 6. li. 14.

Virtus bifariè diuiditur.

In duas partes diuiditur virtus: in contemplationem veri, & actionem. Contemplationem inſtitutio tradit. Actionem admonitio, virtutem exercet & oſtendit recta actio. Acturo autem ſi prodeſt qui ſuadet, & qui monet proderit. Ergo ſi recta actio virtuti neceſſaria eſt, rectas autem actiones admonitio demonſtrat, ergo & admonitio neceſſaria eſt. Ibid.

Pars virtutis diſciplina conſtat, pars exercitatione. Et diſcas oportet, & quod didiciſti, agendo confirmes. Ibid.

Scias omnia præter virtutem mutare nomen. Epiſt. 1. li. 15.

Virtus perpetua.

Omnibus ſeculis Tuberonis fictilia pocula durabunt. Ibid.

Virtus non inaniter publicanda.

Qui virtutem ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed gloriæ. Epiſt 1. lib. 20.

Virtus

Virtus nullum habet obſtaculum.

Epiſt. 1. li. 21. Quemadmodum viſus oculorum quibuſdam medicamentis acui ſolet & repurgari: Sic & nos, ſi aciem animi liberare impedimentis voluerimus, poterimus perficere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate oppoſita & humilitate, & infamia obiacentibus.

Virtus ſine aduerſario marcet.

lib. de diuin. proui. cap. 2. Marcet ſine aduerſario virtus. Tũc apparet quanta ſit, quantumcunque valeat, polleatque, cum quid poſſit patientia oſtendit.

Virtus auida periculi.

Ibid. cap. 4. Auida eſt periculi virtus, & quo tendat, nõ quod paſſura ſit, cogitat: quoniã & ꝙ paſſura eſt, gloriæ pars eſt.

Ibid. Calamitas virtutis occaſio eſt.

Ibid. cap. 5. Humilis & inertis eſt tuta ſectare, per alta virtus eſt.

Finis virtutis quis.

li. 1. declam. & 2. cõtro. lib. 4. decla. Optimus finis virtutis eſt, antequã deficias deſinere.

Sæpe honorata virtus eſt, etiam vbi eam fefellit exitus.

Ibid. Nec infœlix virtus amittit gloriæ titulum: nec gloriam virtutis intercipit fortuita fœlicitas.

Virtus eſt loquax.

l. 6. cõtrou. Loquax eſt virtus, nec oſtendit ſe tantum, ſed ingerit.

Acer-

Acerrima virtus eſt, quam vltima neceſſitas excutit. In prouerb.

Scias eum multis virtutibus abundare, qui alienas amat. Ibid.

Virtutem cuius progreſſum vides, non exitum finemque deſperes. Ibid.

Virtutis ſtudioſi ſe aliquando recreare ſolent.

Poſt multa virtus opera, laxari ſolet. In Hercule furēte.

Virtus in aſtra tendit, in mortem timor. Ibid.

Nunquam poteſt non eſſe virtuti locus. In Medea.

DE VOLVNTATE.

CAP. CCXXIX.

Bonum hominis in voluntate conſiſtit.

QVicquid facere te poteſt bonum, tecum eſt. Quid tibi opus eſt vt ſis bonus? velle. Quid autem melius poteſt velle, quam eripere ſe huic ſeruituti (ſcilicet corporis) quæ omnes premit: quam mancipia quoque conditionis extremæ, & in his ſordibus nata omnimodo eruere conantur, peculium ſuum quod comparauerunt, ventre fraudato pro capite humerant. Epiſt. 4. li. 11.

Magna pars eſt profectus velle proficere. Huius rei conſcius mihi ſum, volo, & tota mente volo. Epiſt. 2. li. 10.

Da operam ne vnquam quid inuitus facias, quicquid neceſſe futurum eſt. Repugnanti, non volenti neceſſitas eſt: in volente neceſſitas non eſt. Epiſt. 4. l. 8.

Itaque

Itaque ſic animum componamus, vt quicquid res exiget, id velimus.

Actio bona ex voluntate conſtat.

Epiſt. 1. li. 15. Actio recta non erit, niſi recta fuerit vloũtas. Ab hac.n. eſt actio. Rurſus voluntas non erit recta, niſi habitus animi rect⁹ fuerit. Ab hoc en. eſt volũtas. Habitus porrò animi non erit in optimo, niſi totius vitæ leges perceperit: & quid de ea quoque iudicandum ſit, exegerit, niſi res ad verum redegerit.

li. 1. declam. Definit præmium eſſe, cui neceſſitas imponitur.

Omnis actio honeſta pendet ex voluntate.

li. 4. declam. Omnia honeſta opera voluntas inchoat, occaſio perficit. Sæpe honorata virtus eſt, etiam vbi eam fefellit exitus. Scelera quoque quamuis citra exitum ſubſederunt, puniuntur. Nec infœlix virtus amittit gloriæ titulum: nec gloriam virtutis intercipit fortuita fœlicitas.

DE VOTO.
CAP. CCXXX.

lib. de morib. Priuſquam promittas, deliberes: & cum promiſeris facias.

Lib. de quatu. virtut. Cum conſideratione promittas, plenius quam promiſeris præſta.

DE VXORIBVS.
CAP. CCXXXI.

Beatè ſeruit, qui vxorem diuitem ducit.

Inſo-

INſolens malum eſt beata vxor, cùm immenſum pondus auri orba attulerit, cum pecunia arcas noſtras onerauerit, quid aliud quàm beatè ſeruimus? lib. 2. controu.

Sæpe fœmina ſpe vberioris premij ſtuprum roganti negat. Lib. 3. cõtrouerſ.

Mulier tantũ id tacet, quod neſcit.

Nulla vis flammæ, tumidiq; venti In Medea.
Tanta, nec teli metuenda torti,
Quanta cum coniux viduata tædis
Ardet & odit.

DE VOLVPTATE.
CAP. CCXXXII.

Voluptas præſentis vitæ breuis

VOluptas fragilis & breuis, faſtidit obiecta, quo auidius hauſta eſt, citius in contrarium recidens, cuius ſubinde neceſſe eſt pœniteat. lib. 7. beneſi.

Omnium rerum voluptas apud imperitos ipſo quo fugare debet periculo, creſcit. libr. 7. beneſi.

Modica voluptas laxat animos & temperat. lib. 2. de ira.

Vbi animum ſimul & corpus voluptates corrupere, nihil tolerabile: non quia durat, ſed quia molles patimur. Nulla itaque res magis iracundiam alit, quam luxuria. Ibid.

Voluptas momentanea.

Voluptas, tunc cùm maximè delectat, extinguitur. Qui voluptatem ſequitur, libr. de vita beata.

quitur, videtur eneruis, fractus, degenerans: & quo magis implentur, eo magis inexplebiles ſunt.

lib. de breuit. vitæ. Nimis anguſtat gaudia ſua, qui eis tantummodo quæ habet ac videt, frui ſe putat, & habuiſſe eadem pro nihilo ducit: citò enim nos omnis voluntas relinquit, quæ fluit & tranſit: & penè antequam veniat, aufertur. Itaque in præteritum tempus animus mittend' eſt: & quicquid nos vnquam delectauit reducendum, ac frequenti cogitatione pertractandum: longior, fideliorque eſt memoria voluptatum, quã præſentia.

Voluptas pœnitudinem ſui habet.

Epiſt. 8. li. 3. Quemadmodũ ſcelera etiam ſi non ſint deprehenſa cum fierent, ſollicitudo non cum ipſis abijt: ita improbarum voluptatũ, etiam poſt ipſas pœnitentia eſt. Non ſunt ſolidæ, non ſunt fideles: etiam ſi non nocent, fugiunt.

Voluptas omne malum adfert.

Epiſt. 1. li. 7. Militandum eſt, & quidem genere militiæ, quo nunquam quies, nunquã otium datur. Debellandæ ſunt primũ voluptates, quæ (vt vides) ſæua quoq; ad ſe ingenia rapuerunt. Non eſt emolliendus animus. Si voluptati ceſſero, cedendum eſt dolori, cedendum labori, cedendum eſt paupertati. Proinde

inde vitia euelle, præcipuè voluptates exturba, & inuiſiſſimas habe latronum more, quos Philiſtas Ægyptij vocant. In hoc nos amplectuntur, vt ſtrangulent.

Voluptas nimia pœnam adfert.

Voluptas vbi tranſcendit modum, pœna eſt. Epiſt. 1. li. 12.

Contemptus voluptatum quis.

Vis ciborum voluptatem contemnere? Exitum ſpecta. Epiſt. 3. li. 19.

Addiximus animum voluptati, cui indulgere, initium omnium malorū eſt. Ibid.

Voluptati non nimis indulgendum.

Voluptatem natura neceſſarijs rebus admiſcuit, vt non illam peteremus, ſed vt ea ſine quibus non poſſumus viuere, gratiora nobis illius faceret acceſſio. Si ſuo veniat iure, luxuria eſt. Ergo intrantibus reſiſtamus: quia facilius non recipiuntur, quam exeunt. Aliquatenus inquis dolere, aliquatenus gaudere, aliquatenus voluptati indulgere permitte: ſed illud aliquatenus longè producitur, nec vbi vis, accipit finem. Quare quantum poſſumus nos à lubrico recedamus. Epi. 2. lib. 21.

Voluptas deteſtabilis eſt.

Voluptas humilis res eſt & puſilla, ac in nullo habenda pretio: communis cum brutis animalibus, ad quam Epiſt. 4. li. 22.

minima

minima & contempliſſima aduolant.

In prouerb. Blanditia, non imperio, fit dulcis Venus.

Ibid. Mala eſt voluptas, alienis aſſueſcere.

Voluptas omnis breuis.

In Thyeſte.
Nulla ſors longa eſt, dolor ac voluptas
Inuicem cedunt, breuior voluptas.
Ima permutat breuis hora ſummis.

DE ZELO.

CAP. CCXXXIII.

In prouerb. ZElum de Deo tantum habeas, nō contra homines: Zelari autem hominibus, vitioſum eſt.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CONCLVSIO

PRÆMISSARVM SENtentiarum HVBERTI Scutteputæi Louanienſ. Canonici Regul.

SI quis vitam ſuam ad vtilitatem non tantum pariat, ſed multorum inculpabiliter componere deſiderat, hanc prædictarum formulam Sententiarum, pro qualitatibus temporum, locorum, perſonarum, atque cauſarum ſequatur: eo mediocritatis inſiſtens, quo per abrupta altrinſecus præcipitia, aut ruentem corporis ſui deuitet inſaniam, aut efficientem puniat ignauiam. Meminerit tamen ſemper Ethnicorum eſſe decreta, non Chriſtianorum: nec nos funxiſſe Authoris officio, ſed Collectoris. Vnde ſi interdum aliqua ſententia à Chriſtianis, Eccleſiaſticiſq́ decretis diſſideat: non id mihi, neque Authori etiam ipſo imputandum cenſeo: vtpote Ethnicus, qui pectus Euangelica luce nequaquam habuerit illuſtratum.

Ita eſt Hubertus Scutteputtæus Louanienſ. Canonicus Reg. 1570.

Hæc memorabilia dicta nihil quod offendat, continent, ſed Sententiæ ſunt ſcitu digne, & vtiles vt imprimantur.

Ita eſt Henricus Dunghen, Canonicus Antuerpienſis.
S. T. D.

RERVM ET VERborum copioſiſſimus Index.

A

ABſtinentia & frugalitate. Plato vitam ſuam produxit. 12
Actio honeſta ſui pretium eſt. 169
Actio honeſta quæ. 171
Actionibus aliquid ſalutare ſemper miſcendum. 270
Actiones noſtræ quomodo temperantur. 170. & 171
Admonitio quibus neceſſaria. 260
Admonitione non eget qui bene agit. ibid.
Adulatio multos decipit, & ad hoc exemplum Alexandri magni appoſitiſſimum. 10
Contra Adulatores, hominum peſtes admonitio. 12
Aduerſa docent. 5
Aduerſa timenda in proſperis. 135
Aer quo propior terris, eo craſſior. 14
Ætas quantum protendi poteſt. 252
Ætas ad bonam mentem aptior quæ. 19
Ætas nulla ſine culpa. ibid.
Ætas omnis à Deo proprium officiũ habet. 20
omnibus Ætatis ſuæ conſtitutio. 20

Æui breuitas æquat omnes. 19
Affectus praui domandi. 18
Agilitas quid. 17
Aliena rectius quam noſtra deſpicimus. 95. & 305
Alexandri Macedonis cupiditas. 100
Alexander Geometriam diſcere voluit. 109
Alexander Magnus ſummum bonum ducebat, terrori eſſe cunctis. 269
Amicus in conuiuio non cognoſcitur. 24. 90
Amicus antequam in amicitiam aſſumitur probandus. 24
Amicus mortuus non eſt anxiè lugendus, & quare. 41
Amici mortui non ſunt anxiè lugendi, quia non amittuntur, ſed præmittuntur. 27
Amicorum vſus qualis eſſe debeat. 26
Amicorum præſentia ægris prodeſt. 27. & 239
Amicorum profectibus gaudendũ. 27
Amicitia fidelis oblectatio ſumma. 24
Amicitia omnia communicat. 26
Amet qui amari deſiderat. 25
Amiſſa plus nocent. 273
Ambitio ſemper inquieta. 22
Ambitio dignitatis. ibid.
Ambitio nullo clauditur termino. 23
Ambitionis via confragoſa. 23
Animus humanus ad contemplandũ

Deum

Deum, ſi vitia non deprimunt, creatus. 36
Animus humanus alta petit, nec anxiè curat, etiamſi corpus inſepultum maneat. 37
Animus malus omnia ſiniſtrè interpretatur. 38
Animus cuiuſque rex eſt, vel tyrannus. 39. & 343
Animus languidus cui. 30
Animus quotidie diſcutiendus. ibid.
Animus humanus natura non eſt contumax. ibid.
Animus bonus corripi gaudet. ibid.
Animus humanus agilis. 31
Animus quibus inſtrumentis reficitur. ibid.
Animus aſſuefaciendus ad omnia aduerſa. ibid.
Animus à ſtudijs relaxandus. 377
Animus temporibus tribus aptandus. 388
Amor vitæ minuendus. 404
Amor corporis contemnendus. 78
Amor mentis vis eſt maxima. 43
Amor metu caret. ibid.
Amor interdum nociuus. 41
Animus ſapiẽtis in morte ſemper prominet. 242
Animus quibus eleuetur. 154
Animus ſapiẽtis qualis eſſe debeat. 36
Animus quando inſuperabilis. ibid.

Animi recreatio neceſſaria. 32
Animi tranquillitas maxima quæ. 35
Animi grati proprietas. 156
Animi generoſi eſt prodeſſe multis. 65
Animo forti fortunæ iniquitas nihil nocet. 38
Animum roborant quæ. 134
Anima corporis anguſtijs teneri non poteſt. 34
Animæ contemptus rem omniũ maxima. 39
Apicij luxuria & prodigalitas quanta. 207
Aqua omnis purgatiua. 16
Aquarum ſapor quare varius. 15
de Aqarum interuallis ſimilitudo. 14
in Aqua quareres cernũtur maiores. 14
Ars non caſu ad effectum venit. 43
Ars quid. 44
Ars loco non diſcitur. 45
Artium genera, quot ſecundum Poſſidonium. 44
Artes liberales animum ad virtutem præparant. ib.
Ariſtidis iocus feſtiuus. 75
Ariſtonis de pueris iudicium. 109
Arcus in cœlo quomodo oriatur, & cur nocte non fiat. 20
Arcus cur ſit dimidius tantum. 21
Arcus qualibet hora eſt poſt autumnale æquinoctium. 22
Arceſilaus quomodo amico ſubuenit in ne-

in neceſſitate. 63
Aſſentatio nimia animum reſoluit. 13
Aſſuetudini malę difficilè reſiſtitur. 45
Aſſuetudo vincit omnia. 46
Aſſentio popularis artes vitiat. 45. & 133
Attali ſententia feſtiua. 136
Athenæ eloquentia, Thebæ ſacris, Spartha armis inclytæ. 125
Auaritiæ quid deſit. 48
Auaritia nunquam eſt ſine pœna. 51
Auaritia mulieribus innata. 52
Auaritia ſenilis, monſtro ſimilis eſt. 52
Auaritia ad omnia pericula homines impellit. 48
Auarus ſibi peſſimus. 50
Auarus vultur. 50
Auari hominis inquietudo. 51
Auaro omnia deſunt. 50
Auguſtus Cæſar otium quærebat, & omnibus rebus præferebat. 397
Auguſtus centies ſeſtertio cœnauit vno die. 217
Auibus nihil deeſt. 304
In Aula fraudes & ſcelera regnant. 53

B

Beatus quis. 53
Beate ſeruit, qui vxorem ducit diuitem. 426
Bellator eſt maximus dominator ſui. 56
Belli varius euentus. 57

Beneficium quando quæſtus. 65. & 271
Beneficium placidè & plenè accipiendum. 66
Beneficium non ex re, ſed ex voluntate pendet. 59
Beneficium quid, & in quo conſiſtat. 59 & 67.
Beneficium ingratum eſt huic, cui eſt vile iudicium. 60
Beneficium libenter & cito præſtandum. 61
Beneficium precibus emptum, magni conſtat. ibid.
Beneficium procaciter datum, panis lapidoſus. 63
Beneficium gratis præſtandum. 57
Beneficium ingratum quando. 63
Beneficium à datore æſtimandum nō eſt. 270
Benefaciendum ſemper. 296
Beneficij accepti memor eſto. 64 & 157
Beneficij perditio. 64
Beneficij lex quæ. 63
Beneficij dantis cura maxima quæ. 62
Beneficia ingratis non præſtanda. 65
Beneficia probatione carent. 64
Beneficia in Calendario non ſcribenda. 58
Bis dat, qui citò dat. 62
Bonitas ſuper omnia vincit. 326
Bonitatis pars maxima quæ. 33
Bonus corripi gaudet. 108

Bonum

Bonum hominis ſummum non in carne conſiſtit. 69
Bonum ſolidum quod. 70
Bonum in nullo, niſi in quo ratio. 71
Boni diffinitio. ibid.
Bona aliena inſequuntur liuidi. 204
Bona animi quæ. 68
Bona bonis non nocent. 71
Bona malè locata, pernicioſa. 294
Bono ſuo conſtant omnia. 69

C

CAſtigatio qualis eſſe debeat. 389
Celius orator quã fuerit Ira feruidus. 189
Ciceronis maximum elogium perpetuo duraturum. 174
Cinis æquat omnes. 280
Ciuitatem manentem hic non habemus. 346
Claritas quid. 206
Clementia virtus quibus maximè cõueniat. 72
Clementia maxima quæ. 73
Clementia timoris maximum eſt remedium. ibi.
Clementiæ diffinitio. ib.
Cœlum mutat, non animum qui trans mare currit. 313
Cogitationes vagæ ad mentem non tranſmittendæ. 95
Cometes ortus totum annum ſuſpectum facit. 91

Cometæ an naturales, & quare non crebrò micent. 91
Cometarum genera duo. ib.
Cometarum curſus inobſeruatus. 90
Commodum&Bonum quomodo differunt. 70
Communia omnia erant Priſcis. 96
Concordia ſociat omnia. 87
Conditionis humanæ miſeria lachrymis proſequenda, & ſæpe rememoranda. 208.& 179
Conſcientia Deo ſubiecta eſt. 89
Conſcientia praua quærit à pulico ſenſu abſcondi. 87
Conſcient a pura teſtes aduocat. 88
Conſcientiæ remorſus. ib.
Conſcientiæ ſecuræ pars magna eſt, nihil iniquè facere. 89
Conſcientiæ vox Confeſſio. 74
Conſentire videtur qui tacet. ib.
Conſuetudo praua inuerecundiam peccandi inducit. 300
Conſuetudo aduerſa mitigat. 4
Conſuetudo Lacedæmoniorū in probanda indole liberorum. 8
Contentio honeſtiſſima quę. 58
Contentio ſemper inutilis. 396
Contemptus voluptatum quis. 429
Contemptus mortis, vitæ remedium. 406
Continuationis & Vnitatis diffinitio. 99
Contu-

Contumelia nihil obeſt virtutis candidatis. 76
Conuitia imperitorum floccipendenda. ib.
Conuerſatio bonorum confert ad inſtitutionem morum. 85
Corpus multis eget; Animus vero ſeipſe alit. 35
Corporis deformitas non minuit decorem virtutis. 420
Corpori qualiter indulgendum. 1
Corpori non ſeruiendum. 77
Crudelitatis diffinitio. 368
Culpæ conſcius ſtupet. 99
Cupiditas ſemper famem ſui habet. 50
Cupiditas ſemper ingrata. 100
Cupiditas ſtudij moderanda. 379
Cupiditatibus detrahendum. 99
Curis gaudia interponenda. 348

D

Darij feritas. 191
Dati te nunquam pœniteat. 271
Decipi te potius ſinas, quam vt alios fallas. 126
Declamare quid. 113
Dementia quid. 120
Demetrij memoranda ſententia ex libro de prouidentia diuina deſumpta. 40
Democritus nunquã riſit. 207. & 346
de Deo, & rebus ſuperis, eſt parcius loquendum. 118

Deus immobilis mouet cuncta. 119
Deus augmenti & decrementi incapax. 115
Deus vbique præſto eſt. 117
Deus quid. ibi.
à Deo orandum quid. ib.
Deo parendum, & quæ eius nutu fiũt, æquo animo ferenda. 288
Deo dignus eſt, qui opes contẽnit. 302
Dies omnia reuelat. 4
Dies omnis veluti vltimus vitæ ordinandus eſt. 110
Dies natiuitatis mors. 111
Dies nullus eſt mœrore vacans in hac vita. 112
Dies perfido aditum præſtat nocendi. ibid.
Dies longa quod edidit, momento interdum cadit. 264
Dies omnis veluti vltimus vitæ penſandus. 402
in die bonorum, memor ſis malorum. 228. & 302
Dictum egregium de non potente talionem reddere. 67
Didimus quatuor millia librorũ fertur edidiſſe. 378
Difficile quid 112. 208. & 273
Dijs æquandus quis eſt. 119
Dilatio remedium iræ. 190
Diogenis patientia in ſufferendis iniurijs maxima. 75

Diſcendum ſemper. 109
Diues quis. 302
Diuitiæ veræ quæ. 102
Diuitiæ ſapienti ſeruiũt. 102
Diuitiarum modus quis. ib.
Diuitijs fruens quis. 103
Diuitiæ non fatigant. ibid.
Diuitiarum pompa fluxa. 104
Diuitiæ ingens humani generis bonũ exiſtimantur. 106
Diuitiarum amor inſatiabilis. 106
Diuitiæ grauant. 107
Diuitias facilè inuenit, qui pietatem & fidem deſerit. 107
Diuitiæ haberi debentur in vſu. 108
Doctrinæ & Vitæ concordia. 319
Doloris ſolamen quod. 113
Dolor cito in obliuionem venit. 114
Dolores maximi in quibus corporis partibus conſiſtant. 114
Doloris malum ingratitudo. ib.
Dolor in aliquibus fictus. ib.

E

EBrietas quid. 121
Ebrietas omne vitium eruit. ib.
Ebrietas ſecreta publicat. ib.
Ebrius & Ebrioſus quomodo differũt. 120
Ebrius non eſt compos ſui. 121
Ebrio ſecreta non committenda. 120
Educatio mollis iram nutrit. 178. & 333
Exercitatio quando vtilis. 125

Eloquentiam totam nemo habet. 125
Examinatio ſui quotidiana. 92
Exemplis illuſtribus vita eſt inſtruenda. 406
Exercitatio corporis quam ſit vtilis. 297
Exhortatio ad peragendum bonũ. 388
Exilium paucis alitur. 114
F
Faber compedes quas facit, in interitum geſtit. 76
Fabius quales ſuos diſcipulos eſſe voluit. 215
Fama vocem deſiderat. 126
Fatum eſt immutabile. 129
Fatum ſuum vnicuique manet. 129
Fata an caſu quopiam mutentur. 131
Fata omnes manent. 168
Fatorum ſeries æquo animo eſt ferenda. 130
Fides nuſquam tuta. 162
Fides aduerſis rebus abeſt. 134
Fides prohibet arcana loqui. 134
Fidem in cauſa iniuſta ſeruare, ſcelus eſt. 134
Fidelitas ſeruorum interdum neceſſaria. 357
Finis virtutis quis. 424
Fluctus quid. 151
Fœlicitas quales homines faciat. 143
Fœlicitas amicos parat. 25
Fœlicitas res inquieta. 143

Fœlix quis. 144
Fœlicitas res fragilis. 144
Forma eſt fragile bonum. 142
Fortitudo quid. 141
Fortitudo quando vires ſuas non ſortitur. 141
Fortuna nihil aufert ſapienti. 360
Fortuna quos deſeri, triſtes reddit. 135
Fortuna variabilis. 135
Fortuna ſapientis viri actus non excludit. 136
Fortuna contra quos dimicat. 138
Fortuna inſtabilis. 113
Fortuna anceps eſt. 135
Fortunæ magnæ proprietas quæ. ibid.
Fortunæ iniquitas animo forti nihil nocet. 38
Fortunæ mutabilitas quæ. 137
Frugalitatis commendatio. 3
Frugalitas quibus pœna. 218
Fulgura montes ſummos feriunt. 75
Fulmen quid, & quæ eius vehementia. 146. & 147
Fulminis natura mira. 147
Fulmina quomodo contingant. 148
Fulmina cur æſtate ſint crebrò, & quare ſubitò appareant, & cur oblique ferantur. 149
Fulminum ars quotuplex. 148
Fulminis fulguratio quid. 392
Futura prædicere eſt vltra humanam ſortem. 146

Animi recreatio neceſſaria. 32
Animi tranquillitas maxima quæ. 35
Animi grati proprietas. 156
Animi generoſi eſt prodeſſe multis. 65
Animo forti fortunæ iniquitas nihil nocet. 38
Animum roborant quæ. 134
Anima corporis anguſtijs teneri non poteſt. 34
Animæ contemptus rem omniũ maxima. 39
Apicij luxuria & prodigalitas quanta. 207
Aqua omnis purgatiua. 16
Aquarum ſapor quare varius. 15
de Aqarum interuallis ſimilitudo. 14
in aqua quareres cernũtur maiores. 14
Ars non caſu ad effectum venit. 43
Ars quid. 44
Ars loco non diſcitur. 45
Artium genera, quot ſecundum Poſſidonium. 44
Artes liberales animum ad virtutem præparant. ib.
Ariſtidis iocus feſtiuus. 75
Ariſtonis de pueris iudicium. 109
Arcus in cœlo quomodo oriatur, & cur nocte non fiat. 20
Arcus cur ſit dimidius tantum. 21
Arcus qualibet hora eſt poſt autumnale æquinoctium. 22
Arceſilaus quomodo amico ſubuenit in ne-

in neceſſitate. 63
Aſſentatio nimia animum reſoluit. 13
Aſſuetudini malę difficilè reſiſtitur. 45
Aſſuetudo vincit omnia. 46
Aſſentio popularis artes vitiat. 45. & 133
Attali ſententia feſtiua. 136
Athenæ eloquentia, Thebæ ſacris, Spartha armis inclytæ. 125
Auaritiæ quid deſit. 48
Auaritia nunquam eſt ſine pœna. 51
Auaritia mulieribus innata. 52
Auaritia ſenilis, monſtro ſimilis eſt. 52
Auaritia ad omnia pericula homines impellit. 48
Auarus ſibi peſſimus. 50
Auarus vultur. 50
Auari hominis inquietudo. 51
Auaro omnia deſunt. 50
Auguſtus Cæſar otium quærebat, & omnibus rebus præferebat. 397
Auguſtus centies ſeſtertio cœnauit vno die. 217
Auibus nihil deeſt. 304
In Aula fraudes & ſcelera regnant. 53

B

Beatus quis. 53
Beate ſeruit, qui vxorem ducit diuitem. 426
Bellator eſt maximus dominator ſui. 56
Belli varius euentus. 57

Beneficium quando quæſtus. 65. & 271
Beneficium placidè & plenè accipiendum. 66
Beneficium non ex re, ſed ex voluntate pendet. 59
Beneficium quid, & in quo conſiſtat. 59 & 67.
Beneficium ingratum eſt huic, cui eſt vile iudicium. 60
Beneficium libenter & cito præſtandum. 61
Beneficium precibus emptum, magni conſtat. ibid.
Beneficium procaciter datum, panis lapidoſus. 63
Beneficium gratis præſtandum. 57
Beneficium ingratum quando. 63
Beneficium à datore æſtimandum nō eſt. 270
Benefaciendum ſemper. 296
Beneficij accepti memor eſto 64 & 157
Beneficij perditio. 64
Beneficij lex quæ. 63
Beneficij dantis cura maxima quæ. 62
Beneficia ingratis non præſtanda. 65
Beneficia probatione carent. 64
Beneficia in Calendario non ſcribenda. 58
Bis dat, qui citò dat. 62
Bonitas ſuper omnia vincit. 326
Bonitatis pars maxima quæ. 33
Bonus corripi gaudet. 108
Bonum

Bonum hominis ſummum non in carne conſiſtit. 69
Bonum ſolidum quod. 70
Bonum in nullo,niſi in quo ratio. 71
Boni diffinitio. ibid.
Bona aliena inſequuntur liuidi. 204
Bona animi quæ. 68
Bona bonis non nocent. 71
Bona malè locata, pernicioſa. 294
Bono ſuo conſtant omnia. 69

C

CAſtigatio qualis eſſe debeat. 389
Celius orator quã fuerit Ira feruidus. 189
Ciceronis maximum elogium perpetuo duraturum. 174
Cinis æquat omnes. 280
Ciuitatem manentem hic non habemus. 346
Claritas quid. 206
Clementia virtus quibus maximè cõueniat. 72
Clementia maxima quæ. 73
Clementia timoris maximum eſt remedium. ibi.
Clementiæ diffinitio. ib.
Cœlum mutat,non animum qui trans mare currit. 313
Cogitationes vagæ ad mentem non tranſmittendæ. 95
Cometes ortus totum annum ſuſpectum facit. 91

Cometæ an naturales, & quare non crebrò micent. 91
Cometarum genera duo. ib.
Cometarum curſus inobſeruatus. 90
Commodum&Bonum quomodo differunt. 70
Communia omnia erant Priſcis. 96
Concordia ſociat omnia. 87
Conditionis humanæ miſeria lachrymis proſequenda,& ſæpe rememoranda. 208.& 179
Conſcientia Deo ſubiecta eſt. 89
Conſcientia praua quærit à pulico ſenſu abſcondi. 87
Conſcient a pura teſtes aduocat. 88
Conſcientiæ remorſus. ib.
Conſcientiæ ſecuræ pars magna eſt, nihil iniquè facere. 89
Conſcientiæ vox Confeſſio. 74
Conſentire videtur qui tacet. ib.
Conſuetudo praua inuerecundiam peccandi inducit. 300
Conſuetudo aduerſa mitigat. 4
Conſuetudo Lacedæmoniorũ in probanda indole liberorum. 8
Contentio honeſtiſſima quę. 58
Contentio ſemper inutilis. 396
Contemptus voluptatum quis. 429
Contemptus mortis, vitæ remedium. 406
Continuationis & Vnitatis diffinitio. 99

436

Contumelia nihil obeſt virtutis candidatis. 76
Conuitia imperitorum floccipendenda. ib.
Conuerſatio bonorum confert ad inſtitutionem morum. 85
Corpus multis eget; Animus vero ſeipſe alit. 35
Corporis deformitas non minuit decorem virtutis. 420
Corpori qualiter indulgendum. 1
Corpori non ſeruiendum. 77
Crudelitatis diffinitio. 368
Culpæ conſcius ſtupet. 99
Cupiditas ſemper famem ſui habet. 50
Cupiditas ſemper ingrata. 100
Cupiditas ſtudij moderanda. 379
Cupiditatibus detrahendum. 99
Curis gaudia interponenda. 348

D

DArij feritas. 191
Dati te nunquam pœniteat. 271
Decipi te potius ſinas, quam vt alios fallas. 126
Declamare quid. 113
Dementia quid. 110
Demetrij memoranda ſententia ex libro de prouidentia diuina deſumpta. 40
Democritus nunquā riſit. 207. & 346
de Deo, & rebus ſuperis, eſt parcius loquendum. 118

Deus immobilis mouet cuncta. 119
Deus augmenti & decrementi incapax. 115
Deus vbique præſto eſt. 117
Deus quid. ibi.
à Deo orandum quid. ib.
Deo parendum, & quæ eius nutu fiũt, æquo animo ferenda. 288
Deo dignus eſt, qui opes contẽnit. 302
Dies omnia reuelat. 4
Dies omnis veluti vltimus vitæ ordinandus eſt. 110
Dies natiuitatis mors. 111
Dies nullus eſt mœrore vacans in hac vita. 112
Dies perfido aditum præſtat nocendi. ibid.
Dies longa quod edidit, momento interdum cadit. 264
Dies omnis veluti vltimus vitæ penſandus. 402
in die bonorum, memor ſis malorum. 228. & 302
Dictum egregium de non potente talionem reddere. 67
Didimus quatuor millia librorũ fertur edidiſſe. 378
Difficile quid 112. 208. & 273
Dijs æquandus quis eſt. 119
Dilatio remedium iræ. 190
Diogenis patientia in ſufferendis iniurijs maxima. 75
Diſcen-

Diſcendum ſemper. 109
Diues quis. 302
Diuitiæ veræ quæ. 102
Diuitiæ ſapienti ſeruiūnt. 102
Diuitiarum modus quis. ib.
Diuitijs fruens quis. 103
Diuitiæ non fatigant. ibid.
Diuitiarum pompa fluxa. 104
Diuitiæ ingens humani generis bonū exiſtimantur. 106
Diuitiarum amor inſatiabilis. 106
Diuitiæ grauant. 107
Diuitias facilè inuenit, qui pietatem & fidem deſerit. 107
Diuitiæ haberi debentur in vſu. 108
Doctrinæ & Vitæ concordia. 319
Doloris ſolamen quod. 113
Dolor cito in obliuionem venit. 114
Dolores maximi in quibus corporis partibus conſiſtant. 114
Doloris malum ingratitudo. ib.
Dolor in aliquibus fictus. ib.

E

EBrietas quid. 121
Ebrietas omne vitium eruit. ib.
Ebrietas ſecreta publicat. ib.
Ebrius & Ebrioſus quomodo differūt. 120
Ebrius non eſt compos ſui. 121
Ebrio ſecreta non committenda. 120
Educatio mollis iram nutrit. 178. & 333
Exercitatio quando vtilis. 125

Eloquentiam totam nemo habet. 125
Examinatio ſui quotidiana. 92
Exemplis illuſtribus vita eſt inſtruenda. 406
Exercitatio corporis quam ſit vtilis. 297
Exhortatio ad peragendum bonũ. 388
Exilium paucis alitur. 114

F

Faber compedes quas facit, in interitum geſtit. 76
Fabius quales ſuos diſcipulos eſſe voluit. 215
Fama vocem deſiderat. 126
Fatum eſt immutabile. 129
Fatum ſuum vnicuique manet. 129
Fata an caſu quopiam mutentur. 131
Fata omnes manent. 168
Fatorum ſeries æquo animo eſt ferenda. 130
Fides nuſquam tuta. 162
Fides aduerſis rebus abeſt. 134
Fides prohibet arcana loqui. 134
Fidem in cauſa iniuſta ſeruare, ſcelus eſt. 134
Fidelitas ſeruorum interdum neceſſaria. 357
Finis virtutis quis. 424
Fluctus quid. 151
Fœlicitas quales homines faciat. 143
Fœlicitas amicos parat. 25
Fœlicitas res inquieta. 143

Fœlix quis. 144
Fœlicitas res fragilis. 144
Forma eſt fragile bonum. 142
Fortitudo quid. 141
Fortitudo quando vires ſuas non ſortitur. 141
Fortuna nihil aufert ſapienti. 360
Fortuna quos deſeri, triſtes reddit. 135
Fortuna variabilis. 135
Fortuna ſapientis viri actus non excludit. 136
Fortuna contra quos dimicat. 138
Fortuna inſtabilis. 113
Fortuna anceps eſt. 135
Fortunæ magnæ proprietas quæ. ibid.
Fortunæ iniquitas animo forti nihil nocet. 38
Fortunæ mutabilitas quæ. 137
Frugalitatis commendatio. 3
Frugalitas quibus pœna. 218
Fulgura montes ſummos feriunt. 75
Fulmen quid, & quæ eius vehementia. 146. & 147
Fulminis natura mira. 147
Fulmina quomodo contingant. 148
Fulmina cur æſtate ſint crebrò, & quare ſubitò appareant, & cur oblique ferantur. 149
Fulminum ars quotuplex. 148
Fulminis fulguratio quid. 392
Futura prædicere eſt vltra humanam ſortem. 146

Furor maximus qualem reddat hominem. 145

G

GAudium verum eſt ſolidum. 151
Gaudium ex quibus rebus capiatur. 153
Gens nulla ſine aliquo Deo eſt. 117
Generoſos & Nobiles quid nos facit. 284
Gloria fugientem ſequitur. 154
Gloria appetitores ſui deſerens appetit contemptores. 155
Gloria non inaniter aucupanda. ib.
Gloria humana qualis. ib.
Gratiarum actio. 64 & 157
Gratiam nemo refert, niſi ſapiens. 158
Grando quid. ib.
Grando quare rotunda. ib.
Gula homo grauiter peccat. 159
Gulæ & ventris qui ſint ſerui. 160

H

HAnnibalem vina vicerunt. 120
Harpaſtis fatuæ feſtiuꝰ iocus. 94
Heraclitus ſemper plorans incedebat. 207. & 347
Homo res ſacra. 166
Homo homini Lupus. ib.
Homo res vilis, quamdiu cum affectibus luctatur. 167 & 168
Homo quando perfectè beatus & fœlix. 55
Homo fortunæ ampliſſimæ ſerui interdum.

terdum patrocinio indiget. 358
Homo natura mundum & elegans animal. 166.
Homo quid, ex qua materia creatus, & quæ eius æſtimatio. 163.& 164
Hominis prudentis proprietas. 331
Hominis magnanimi proprietas. 226.
Hominis pars prima quæ. 165
Hominis puſilli eſt remordere mordentem. 396
Hominis bonum in voluntate cōſiſtit. 425
Hominis interior pars mancipio dari non poteſt. 357
Hominis grati genera quot. ib.
Hominem quæ in perniciem hominis inſtigant, quot ſunt. 167
Homines regere difficile eſt. 162
Homines vt læti viuant, admonitio lepidiſſima. 412
Hominum inconſtantia. 175
Honeſtum omne voluntarium. 169
Honeſtum, nihil niſi quod bonū. 170
Honores & Iniuriæ vulgi in promiſcuo habendæ 169.& 195
Humanitas & reuerentia quibus impendenda. 171

I

IActantia in rebus bonis ſemper fugienda. 66
Iacula præuiſa minus lædunt. 227
Imperium maximum quod. 180.

Imperia ad inuidiam vſque perueni-
entia labuntur. 180
Imperator in pace etiam armis viuit. 179
Imperator nequaquam ſeruire diuiti-
is debet. ibid.
Imperatoris ſumma virtus quæ. 181
Imperare officium eſt. 180
Impudicitia in ingenuo crimen. 179
Indelebile eſt quicquid in ætate tene-
ra diſcitur. 110
Inexpertum nil affirmandum. 233
Inexpectata grauant. 262
Inferni pœna qualis. 175
Infœlicitas aſſidua indurat. 5
Ingratitudo vitium màximum. 197
Ingratitudo vbique impunita præter
apud Macedones. 198
Ingratitudo concordiam diſſipat. 199
Ingratitudo vrbis Romanæ coutra bo
nos ciues. 200
Ingratus quis. 198
Ingratus iniurias dilatat. 20)
Ingratis nil dignè prçſtatur. 198
Ingenium gratioſum quod. 202
Ingenij firmamentum. 202. & 213
Ingenij regalis mos. 257
Ingenia illuſtriora, breuiora. 201
Ingenia fauor alit. 125
Ingenia puerorum flexibilia. 334
Inimicitiarum nunquam intermori-
turarum expreſſio. 176

Iniuria verbi ęquo animo ferenda 214
Iniuriæ pœna maxima quæ. 194
Iniuriæ quibus nihil nocent. 196
Innocens ab omni labe, nemo. 178
Innocentia vbique tuta. ibid.
Inſolentia quid. 155
Inſulæ, vrbes & montes quare nonnunquam corruant. 382
Inter quæ viuamus. 407
ad Inuidiam vſque quæ peruenniunt, facilè cadunt. 204
Ira diuina lento gradu ad vindictam procedit. 118. & 119
Ira Dominis nociua. 360
Ira perturbat artem 45
Ira vbique exoſa. 55. & 186
Ira mutat animi tenorem. 184
Ira quid. ibid.
Ira & furor quanta mala inducant humano generi. 187
Ira in pectore naſcitur. ibi.
Ira omnibus nociua. 188
Ira immodica quid gignat. 192
Ira an neceſſaria. 185
Iræ renitendum. 185
Iræ remedium, mora. 188
Iræ remedia. 192
Iraſci non eſt pij hominis. 29
Iratus non facilè flectitur. 193
Irati hominis vox qualis. 192
Iridis color vnde tam varius. 21
Italorum circa congregandas diuitias peſtis-

peſtis non mediocris. 108
Iudex quomodo ſententiam proferre debeat. 183
Iuſtus nunquam eſt ſine ſolamine. 31
Ius hodie eſt in armis. 183
Iuſtitia quid, & quæ eius regula. 197
Iuuentus idonea exercēdis ſtudijs. 333
Iuuenes ad mala procliues. 336
Iuuenes ignauia & luxu torpentes taxantur. 203. & 335

L

Labor improbus omnia vincit. 18
Labor animos generoſos nutrit. 205
Labor firmiores efficit. ib.
Labor pigris ſupplicium. ib.
Laboris patiens arator. ib.
Lacedæmoniorum conſuetudo in probanda indole liberorum. 8
Lachrymæ quid, & quę earum vis. 209
Laus ex plurium aſſentatione contēnenda. 206
Laus eſt à malis maledici. 207
Laus Virtutis. 417
Laudatio nimia reprehēſibilis eſt. 207
Lectioni ſolidæ inſiſtendum. 210
Lectionum alternitas reficit ingeniū. 211
Leuitatis eſt rogare, quod nolueris Impetrare. 295
Lex beneficij quæ. 63
Lex ſit breuis. 211

Libertas vera quæ. 79.& 212
Libertas non præſtatur gratis. 213
Liber quis,& quis non. 213. & 362
Licentia deteriores reddimur. 212
Literæ amici abſentis veſtigia afferũt. 25
Literarum ſtudium quid affectat. 289
Literarum ſtudium laudabilem reddit naturam. 376
Literarum abuſio. 379
Locus non iuſtificat. 213
Locus nullus anguſtus virtuti. 421
Loci frequens mutatio vitanda. 213
Luxuria exhaurit omnia. 217
Luxuria ſuperuacua deſiderat. 218
Luxuria victrix orbis. 225
Luxuriæ ſtudia. 219
Luxuriæ tormenta quanta. 221

M

Magni ex humilibus proficiſcuntur. 286
Malus quis. 70.& 227
Malus omnia ſiniſtrè interpretattur. 227.& 228.
Malum nullum glorioſum. 227
in omni malo grauia quot ſint. 239
Mali citò fugiunt. 145
Mali ſumus omnes. 92
Mala quę hominẽ magis angunt. 229
Malis alienis non delectandum. 226
Malitia ſibi nociua. 227
Malitiæ periculum. ib.

Medicina quondam inuſitata. 231
Meliora raro pluribus placent. 68
Mendacio an liceat vti. 233
Mens bona ſine Deo nulli contingit. 116
Mens humana qualis. 229
Mens bona non proſtituitur. 230
Mentis ſane inditiũ, eſt confiteri peccatum. 74
Mentis benè compoſitæ quod argumentum. 230
Mentis malæ argumentum quod. ibi.
Memoria fragilis. 234
Memoria quibus tardior. 234
Metus quollibet ſollicitat. 390
Metum quid augeat. 392
Miſer quis ante miſerias. 38. & 234
Miſeris quod maximũ ſolatium. 234
Miſerias perferre graue. 235
Miſericordiæ diffinitio. 236
Modus in ſtudijs ſeruandus. 376
Monitio quando ſuperuacua. 359
Morbi ex quibus deſcendant. 229
Mores trahimus ex conſuetudine cõuerſantium. 80
Mores mali quomodo ſuccreuere. 236
Mores boni quid boni pariant. 237
Mors quid. 245
Mors eſt naturę beneficium. 66
Mors ſolutio dolorum. 113. & 242
Mors noſtris foribus imminet. 128
Mors portus nauigantium. 241

Mors omnibus æqua. 241 & 248
Mors vocat omnia ſub leges ſuas. 246
Mors quando hilari animo ſuſpiciatur. 245
Mors nec optanda, nec timenda. 241. & 247
Mors omnibus communis. 247
Mors inuadit omnes. 248
Mors certa eſt, incerta dies. 250
Mors omnia deuorat. 253
Mors tributum vitæ. 254
Mors fatigat homines mille modis. 258
Mortis fructus quis. 251
Mortis ſolatium maximum quod. 255
ad mortem quomodo paulatim tendamus. 243
Mortui an lugendi. 253
Mortalitatis præmeditatio quid doceat. 250
Mortalitatis cogitatio quid pariat. 251
Morimur peiores quam naſcimur. 279
Mulier quid ſileat. 380
Mulieres quare timidæ. 268
Mulierum inconſtantia. 263
Mundus periturus, & quare 264
Mundi ſuperior pars tumultu caret 31
Mutabilitati omnia ſubiecta. 261

N

NAſci cui contingit, mori reſtat. 280

Nata

Nata omnia occiduntur, & cuique rei certus eſt ſtatutus terminus. 280.& 281
Natalibus diſtinguimur, morte ęquamur. 286
Natura difficile vincitur. 29
Natura ea quæ nocent, abſcondit. 50
Natura dociles ſumus. 109
Natura diuinorum vna. 116
Naturæ deſiderijs, ſi vitia non permiſcueris, gratis aut paruo ſatis fit. 159 & 160
Natura ventrem delectari non vult, ſed impleri. 161
Natuæ laus. 206
Natura ſumus omnes liberi. 213
Natura agilis. 273
Natura quales ſumus. 274.& 277
Natura contumax. 273.& 277
Natura contenta paucis. 274
Natura quæ reſpuat. ib.
Natura exiguum deſiderat. 276
Natura panem & aquam deſiderat. ib.
Natura ægrè repit. ib.
Natura fratres ſumus. 277
Natura non vniformis. 278
Naturæ vis. 277.& 285
Natura ſine labe creata. 308
Naturale eſt aduerſis contriſtari. 394
Neceſſitas frangit legem. 282
Nemo in eo hæret, in quo eſt diu verſatus. 17

Nemo gloriari niſi in ſuo debet, 155
Nemo ſine culpa. 182
Nemo ante diem ſuum moritur. 253
Nemo inuitus benefacit. 271
Nemo bene imperat, niſi qui paruerit imperio. 338
Ne quid nimis. 261
Nihil eſt ſimul & inuentum & perfectum. 304
Nili virtus. 16
Nix quid, ex qua aeris parte fiat, & quare calida. 282
Nobilitas virtutum veneranda. 285
Nomina Principum ex ambitione nata. 53
Noſce teipſum quid. 93
Noſtra, non aliena ſcrutanda. 95
Noua in admirationem ſemper nos trahunt. 283
Nubere an dulce. 179

O

OBſcœna non proferenda. 216
Oculi vitiorum irritamenta. 292
Oculorum acies fallitur. 292
Officia lucis noctiſque multi peruertunt. 372
Omnia poſſumus in eo qui nos confortat. 141
Omnia nobis ſubijcere quomodo poſſumus. 337
Omnibus bene velle eſt ſapientis. 201
Optimum eſt quod primum. 19

Ora-

Oratio qualis eſſe debeat. 294
Oratio timidis eſt audax. 294
Oratio veritatis ſimplex. 295
Oratio animi cultus. 296
Oraculum quid. 296
Otium ſine actu virtutis eſt damnabile. 68
Otium ſine literis mors. 298
Otium viros mollit. ibid.
Otio non indulgendum. ibid.
in Otio non otiandum. 296
de Otio inerti non gaudendum. 298

P

PAnetij de amore reſponſum ſcitu digniſſimum. 41. & 42
Panis lapidoſus, beneficium procaciter datum. 61
Patientia Principis. 342
Patria vbicunque benè. 124
Pars magna profectus quæ. 327
Parthorum Reges quomodo ſalutentur. 272
Parſimonia ſera in fundo. 301
Parentes amandi. 299
Parentum in educatione filiorum ſtudium. ibid.
Paupertas quando tolerabilis. 301
Paupertas læta, diuitiæ ſunt. ibi.
Paupertas quid. 303
Paupertas hodie dedecori datur. 304
Pauper vbique ſecurus. 303
Pax nulla in foro & iudicio. 300
Pax quando fœlicior. 301

4414

Peccatum odit lucem. 89
Peccati cognitio, ſalutis initium. 93. & 306
Peccato eo quiſque tenetur, quo de alio quæritur 4
Peccata qui amat ſua, defendit. 309
Peccantium multitudo parit errori patrocinium. 305
Peccatores maximi quomodo ſint plectendi. 313
Pecunia diſcordiarum fons. 49. & 315
Pecunia malorum fons. 104
Pecuniæ modus quis. 315
Pecunia velut vnicum vitæ decus laudatur. 316
Pecunia mater diſcordiarum. 317
Peregrinatio non facit meliores. 314
Pericula futura præmeditanda. 390
Perſonæ qualitas penſanda 270
Philaridis Taurus. 353
Philoſophum bonam vitam decet. 318
Philoſophiæ laus. ib.
Philoſophia nobilitas. 320
Philoſophiæ vis. 320. & 322
Philoſophiæ & Sapientiæ diffinitio. 321
Philoſophiæ quot partes. ib.
Philoſophia quid, & quæ eius abuſio. 322
Philoſophiæ decus quod. 323
propter Philoſophiæ ſtudium fames toleranda. 319

Plato nil ſibi licere volebat iratus. 190
Populo non placendum. 132
Poſſeſſio iniucunda quæ. 24
Potentia omnis breuis. 328
Potentia magnatum terret potius, quàm nocet. 327
Poteſtas tyrannorum breuis. ib.
Præcipuum in homine quid 325
Præcepta & exempla ſecundum Pythagoram proſunt. 324
Princeps in animaduerſione quot ſeruare debet. 342
Principis ornamentum quod. 341
Principi multa ſupplicia sũt exoſa. ib.
Principibus honeſtamentum primũ, eſt facilitas ignoſcendi. 397
Priſci docebant viuere, non diſputare. 355
Proſperitas ſemper ſuſpecta. 330
Proſperitas elatos efficit. ib.
Prudentia ad beatam vitam ducit. ib.
Prudens animum tribus temporibus aptat. 331
Pueri egent inſtructore. 104
Pueri Pædagogorum referunt mores. 333
Pueri à cunabulis bene inſtituendi, à vino abſtinere debent. 332
Pueri celant nihil. 336
Puerorum educatio maximam requirit diligentiam. 333
Puero teſte nihil eſt certius. 336

Quæſtio

Q

Quæſtio omnis quæ requirat. 337
Quem quis timet, odit. 389
Qui iuxta claudum habitat, ſubclaudicare diſcet. 8
Quies placida quæ. 370
Quicquid terret, trepidat. 391
Quod labe caret, eſt diuinum. 87
Quod ſatis eſt, multum eſt. 304
Quod opus non eſt, aſſe carum eſt. 316
Quomodo ad diuitias peruenitur. 104
Quomodo in vnaquaque arte cæteros quis excellat. 202

R

Ratio præcipuum bonum hominis. 69
Rarum omne, charum. 60. & 68
Rector timeri & amari diſcat. 185
Rector ira carere debet. 186
Rex Apium caret aculeo. 341
Regis excuſatio turpiſsima quæ. 338
Regem ſæuitia non decet 339
Regum iniuriæ hilari vultu tolerandæ. 338
Regum ingenium. 338
Regum frequens vindicta, paucorum odium reprimit. 339
Regum peccata longè lateque promulgantur. 340
Regnum inſtabile quod. 181
Regnum beatum quod. 342
Regere ſe, & affectus proprios domare

re poſſe ſummum imperium. 342
Regum vecordia quo prouerbio taxatur. 343
Regibus munimentum inexpugnabile quod. 341
Relaxatio ingenij. 398
Remedia varia nocent. 231
Remedia iræ. 192
Remuneratio ex beneficijs non anxiè expectanda. 58
Rerum varietas vnde potiſsimum dignoſcatur. 203
Reſecare ſuperflua quid ſit. 127
Reſurrectionis exemplum ab elemẽtis ſumendum. 344
Rogo, eſt verbum moleſtum. 61. & 293
Rumor vulgi pias mentes inficit. 306

S

Sales ſint moderati. 261
Sales intempeſtiui vitandi. 347
Sapiens quis. 352
Sapiens amicos appetit. 25
Sales quales eſſe debeant. 348
Saluti conſulunt vniuerſi. 240
Sapiens nunquam eſt ſine gaudio. 152 & 352
Sapiens fortunæ caſibus non ſubiacet. 152
Sapiens ſemper ſui ſimilis. 331
Sapiens omnibus prodeſt, & qualis ſit in proſperis & aduerſis. 350
Sapiens nulla re eget. 351

Sapiens

Sapiens omnia in otio diſcutit. 297
Sapiens interdum delinquit. 305
Sapiens vitia virtutibus elidit. 352
Sapiens cogitationes ad ſublimia dirigit. 355
Sapiens nil habet proprij. ib.
Sapiens in futuris proſpectum habet. ibid.
Sapienti modus in omnibus. 249
Sapientis officium. ib.
Sapientis doctrina concordat cum vita. 351
Sapienti pauca præcepta ſufficiũt. 313
Sapientis pręcepta quo termino clauduntur. 324
Sapientis præcepta qualia. 354
Sapientum conſortium ad quid confert. 355
Sapientia vera quæ. 352
inter Sapientiam & Philoſophiam interſtitium quod. 354
Sapientia animorum magiſtra. 354
Satis quod eſt, parum non eſt. 2
Scauri ſæuitia. 376
Schola plurimis eſt diuerſorium otij. 323
Seneca in ſenectute idẽ qui quer. 364
Seneca breuiſsimo ſomno vtebatur. 371
Senecæ ſtudiũ animi indefeſſum. 377
Senex elemẽtarius res ridiculoſa. 364
Senes pueri moribus. 334. & 363

Seni turpe eſt ex commentario ſapere 363
Senectus nil habet de ſpe vitæ. 244
Senect⁹ ſine virtute inhonorabilis. 365
Senectutis fructus quis. 365
Sepulchri iactura eſt facilis. 367
Sepultura quomodo inuenta ib.
Sermo noſter qualis eſſe debeat. 365
Seruus an domino beneficium poſsit præſtare. 356
Seruos quot habemus, totidem habemus hoſtes. 360
Serui diligendi, & in familiaritatem admittendi. 361
Seruitus non eſt in volente. ib.
Similitudo de corrupto ſtomacho. 29
Similitudo de ægritudine corporis & terræ naturalis concuſsione. 381
Similitudo de perfectione hominis. 166
Similitudo de humoribus varijs. 172
Similitudo de iudicijs hominum furioſorum. 184
Similitudo de peſtilentia & ira. 189
Socratis feſtiuus iocus. 347
Socrates Philoſophiam reuocauit ad mores. 320
Societas & conuerſatio malorum nociua. 82
Sociũ habere in pœnis ſolatiũ eſt. 372
Solatium ex alieno infortunio quiſque capit in ſuo. 195
Solitu-

Solitudo imprudentibus nocet. 369
Solitudo non omnibus conuenit. 371
Somniculoſi quare dicãtur Eteſiæ. 372
Spes vitæ qualis. 366
Spei vis renouat lapſa. ib.
Spes melioris frugis in hõine quę. 82
Spes vitæ fallax. 410
Speculo quare paſsim omnibus ſit vtendum. 369
Spiritus omnia complectitur. 28
Spiritus ſanctus in vnoquoque viro bono habitat. 372
Spiritus vehementia. 373
Studia animum præparant ad virtutes. 378
Stultis ſua non placent. 374
Stultis omnia inopinatè eueniũt. 375
Subtilitas nimia vitanda. 380

T

TArditas beneficij demptrix. 62
Tecum habita ſub ſilentio. 215
Tempus demit mœrorem. 27
Tempus conſtitutionis ſuæ eſt omnibus. 98
Tempus longum nullũ occupatis. 111
Tempore longo orta, vno die finiuntur. ib.
Tempore exiguo labitur, quod eſt lõgo partum. 362
Tempus malè tranſactum, reſarciendum. 290
Tempus omne ſtudijs aptum. 378

Temporis parſimonia glorioſa. 315. & 383
Temporis iactura quotuplex. 384
Temporis velocitas. 385
Tempus edax rerum. ib.
Tempus rata lege voluitur. 386
Tempus habet alas. ib.
Tempus noſtrum pretioſum. 387
Tempus humanæ vitæ qnotuplex. ib.
Tempus vitæ præſentis fluxum. ib.
Terra matrix omnium. 253
Terræ motus vnde, & quid illum præcedit. 381
Terra ſpiritu plena. 382
Teſtudo quando ſine pœna. 332
Timor mortis. 245. & 252
Timor quibus abeſt. 392
Timeri time. 389
Tonitrua quid, & eorum diſtinctio. 392. & 393
Tormenta luxuriæ quæ. 220
Tullij Marcellini de infirmitate documentum. 238
Turba omnis abeſto. 80
à Turba declinandum. 83
Tyranni dum timentur, timent. 394

V

Valetudo quæ ſolidior. 238
Vbi multitudo, ibi confuſio 400
Ventus quid. 397
Ventorum cauſa quæ. ib.
Venti cardinales quot. 398

Ventorum ac Maris abuſus hac tempeſtate maximus. 398
Ventos quare Deus mundo tribuerit. 399
Ventus omnis inuictus. 400
Veniæ diffinitio. 397
Verbis ſæpe alia loquimur, quam opere agimus. 214
Veritas ſemper pretioſa, & nunquam latet. 395
Veritas ſemper ſui ſimilis. ib.
Via ad Virtutes facilis. 417
Vices rerum alternæ ſunt. 9
Victoria quæ maximè glorioſa, & quis verè victor. 414
Violentia omnis breuis. 413
Violentum omne, non diuturnum. 4
Vir bonus omnibus ſubuenit. 53
Vir fortis non ſuccumbit fortunæ. 138
Vir qualis, talis & oratio. 296
Vir bonus an ſit miſer. 415
Viro forti mors contemnenda. 256
ad Virtutem haud temerè peruenit, qui nihil mali tulit. 6
Virtus in arduis poſita. 8
Virtus animi honeſtamentum. 34
Virtus gaudium perpetuũ generat 152
Virtus omnis ardua. 169
Virtus eſt perpetua. 173
ad Virum fortem perſuaſio magna vt moriatur. 174
Virtus inuidiæ patet. 204

Virtus nemini præcluſa. 416
Virtus qualis natura. 417
Virtutes ſenſim ſuccreſcunt, ad eaſdē facilis eſt via. 417
Virtutis & voluptatis deſcriptio. 418
Virtus pars prima hominis. 421
Virtutibus decoratis nihil obeſt. 422
Virtus ſolummodo beat, laceſſita magis proficit. 422
Virtus bifariè diuiditur. 423
Virtus eſt loquax. 424
Virtutis ſtudioſi recreari ſolent. 425
Vis ingenij præceptis alitur. 202.259
Vita ſecura, mortuo mari comparatur. 5
Vitæ humanę incommoda quanta. 79
Vitæ finis incertus. 112
Vitæ humanæ tributum dolor. 114
ex hac Vita tanquam ex hoſpitio diſcedimus. 162
Vita longa interdum nociua. 243
Vita noſtra peregrinatio. 346
Vita ſtulti ingrata. 374
Vita noſtra in quot ſecatur. 384
Vita præſens curſus. ib.
Vita humana conceptu ſimilis. 400
Vita humana an breuis dicenda. 401
Vita quando ſera. ib.
Vitæ dilatio. 402
Vita humana fallax. ib.
Vita præſens ingenijs magnis oneroſa. ib.

Vita cui inquieta nec ſecura. 403
Vita noſtra conueniat cum multitudine. 403
Vita imperfecta quæ. 404
Vita hominis quando perfecta. ib.
Vita quando ſeruitus. 405
Vita omnis breuis, & quibus breuis. 405.& 406
Vita præſens fabula. 406. eadem eſt militia. 410
Vita quibus longa, & an longa vita expetenda. 406.& 408
Vita beata quid. 407
Vita longa quæ, & quando bene inſtructa. 409
Vita virtuoſa ad beatitudinem neceſſaria. ib.
Vitæ dimidia pars dormiendo amittitur. 410
Vita quotidie ad terminum tẽdit. 411
Viuendum quomodo. 277
Viuendum cum quibus. 400
Viuere & mori ſimul diſcendum. 401
Vitia extirpanda. 187
Vitia naturalia animi & corporis difficile vincuntur. 274
Vitia aliena qui carpit, qualis eſſe debet. 306
Vitia in ipſo ortu ſuccidenda. ib.
Vitiorum occaſiones profligandæ. 306.& 307.
Vitia in aperto leuiora. 307

Vitia

Vitia inueterata difficile vincuntur. 308
Vitia ſubmouenda. ib.
Vitijs ſimplicibus quæ remedia obſtant. 309
Vitium quibus. 310
Vitia virtutibus confinia. 228. & 309
Vitia aliorum non curioſè indaganda. 310
Vocis viuæ energia. 377
Voluptas corporis nimia parit dolorem. 78
Voluptas præſentis vitæ breuis, & momentanea eſt. 427. & 430
Voluptas omne malum adfert, & pœnitudinem ſui habet. 428
Voluptati non indulgendum. 429
Voluptas eſt deteſtabilis. ib.

INDICIS.

FINIS.

GOTSCHER 1971

Digitized by Google